



Danskernes Historie Online

Danske Slægtsforskeres Bibliotek

Dette værk er downloadet fra Danskernes Historie Online

Danskernes Historie Online er Danmarks største digitaliseringsprojekt af litteratur inden for emner som personalhistorie, lokalhistorie og slægtsforskning. Biblioteket hører under den almennyttige forening Danske Slægtsforskere. Vi bevarer vores fælles kulturarv, digitaliserer den og stiller den til rådighed for alle interesserede.

Støt Danskernes Historie Online - Bliv sponsor

Som sponsor i biblioteket opnår du en række fordele. Læs mere om fordele og sponsorat her: <https://slaegtsbibliotek.dk/sponsorat>

Ophavsret

Biblioteket indeholder værker både med og uden ophavsret. For værker, som er omfattet af ophavsret, må PDF-filen kun benyttes til personligt brug.

Links

Slægtsforskeres Bibliotek: <https://slaegtsbibliotek.dk>

Danske Slægtsforskere: <https://slaegt.dk>

1851

ANNOTATIONES

AD

POSTERIOREM LIBRUM SAMUELIS

ET

PRIOREM LIBRUM CHRONICORUM,

SYNOPTICE EXPOSITOS.

PARTICULA PRIOR.

PROLUSIO,

QUAM

AD INDICENDUM EXAMEN PUBLICUM,

IN

SCHOLA REGIA FREDERICOBURGENSEI

MENSE SEPTEMBRI A. MDCCCXXXVIII HABENDUM,

SCRIPSIT

J. P. F. KÖNIGSFELDT,

IN SCHOLA FREDERICOBURGENSEI PRÆCEPTOR.

HAUNIÆ.

TYPIS EXCUBEAT *FABRITIUS DE TENAGEL.*

I.

Genealogiæ.

(I Chron. cap. I—IX.)

Chronicorum lib. I cap. I.

I. *Genealogia patriarcharum inde ab Adamo usque ad Jacobum* (v. 1—34). II. *Genealogia Edomitaram* (v. 35 ad fin.)

Catalogi hujus capitis petiti sunt ex libro *Geneseos*, quod luculenter apparet tum ex maxima similitudine in universum tum specialiter ex collatione locorum, in quibus breves quædam observationes I. *Geneseos* iisdem verbis repetuntur (v. 10 coll. Gen. 10, 8, v. 19 coll. Gen. 10, 25, v. 46 coll. Gen. 36, 35).

Primi quatuor versiculi conferendi sunt cum cap. 5 Geneseos, ubi eadem Adami ex Setho usque ad Noachum prosapiæ recensio uberior exstat, additis nempe ibi annis ætatis, quibus filios genuerunt et diem obierunt patriarchæ.

A v. 5 ad v. 23 sequitur eadem *tabula geographica* sive *ethnographica*, quæ exhibita est in Gen. cap. 10, sc.

catalogus præcipuarum gentium ex tribus Noachi filiis oratarum, quæ Judæis antiquis cognitæ erant ¹⁾. Vers. 1, 5, 9—12, ultima verba v. 18, 19—21, 30—32 cap. 10 Geneseos in nostro libro desiderantur; ceterum in paucis tantum diversitas adest. Verba nimirum Gen. מְנֵי אֲרָם (v. 23) omissa sunt in v. 17, ut hic Semi filii dicantur, qui illic filii Arami et nepotes Semi. Ipsa nomina in utraque recensione eadem sunt, exceptis quatuor. 1. הַיַּפְתָּה (v. 6), pro quo in Gen. (v. 3) legitur הַיַּפְתָּה, quod Bochartus (Phal. lib. III. cap. 10), Josephum secutus, explicat de Paphlagonibus, interpres Arabs de Francia, sed plerique de *montibus Riphæis* (mont. Hyperboreis); 2. הַרְדְּיָיִם (v. 7), aut *Rhodii* (LXX, Gesenius ²⁾) aut *Rhodanenses*, incolæ Rhodanusîæ, regionis Galliæ Rhodano fluvio adjacentis, quod placet Bocharto (Phal. III, 6); in Gen. (v. 4) legitur הַרְדְּיָיִם, quæ lectio si vera est, cogitandum videtur de *Dodona*, antiquissimo Epiri oraculo et oppido ³⁾; in hisce nominibus הַרְדְּיָיִם et הַרְדְּיָיִם, litteræ simillimæ scribarum incuria facile permutatæ esse possunt ⁴⁾; 3. מְשֵׁהָ (v. 17), quod supra occurrit (v. 5), haud dubie vitio scriptionis positum pro מֶשֶׁה (Gen. 10, 23), quod plerique intelligunt de incolis *montis Masii* in Me-

1) De hisce gentibus magna eruditione disputavit *Sam. Bochartus* (mort. 1667) in *Phaleg* s. priori parte *Geographiæ sacre*, quod opus celeberrimum amplissimum hujus tabulæ commentarium continet; cum eo conjungendum est *J. D. Michaelis* Spicilegium geographiæ Hebræorum exteræ post Bochartum, p. I. 1769, p. II. 1780 Goett. Cfr. etiam *G. B. Winer* *Bibliſches Realwörterbuch* (edit. 2. vol. I. 1833, II. 1838 Lips.)

2) *Lexicon man. Hebr. et Chald.*, Lips. 1833.

3) Cfr. *Winer* *Bibl. Realwörterbuch* s. v. *Dodanin*.

4) Ita etiam infra v. 41 occurrit nomen הַרְדְּיָיִם pro הַרְדְּיָיִם (Gen. 36, 26), v. 50 et 51 הַרְדְּיָיִם pro הַרְדְּיָיִם (Gen. 36, 39).

sopotamia (Phal. II, 11); 4. עֵיבָל (v. 22), in Gen. עֵיבָל (v. 28), Bochartus (Phal. II, 23) intelligit *Avalitas* in ora Æthiopica ad sinum Avalitem (Bab el Mandeb) habitantes.

V. 24—27, *genealogiam Semi usque ad Abrahamum* exhibentes, conferendi sunt cum Gen. 11, 10 ad fin.

29—31: *filiis Ismaelis*, cfr. Gen. 25, 12—18.

32—33: *Abrahami ex Ketura posteri*, cfr. Gen. 25, 1—4. Constat ex v. 32, Keturam fuisse *pellicem*, non legitimam uxorem Abrahami, quod etiam apparet ex Gen. 25, 6.

Secunda pars capituli (v. 35 ad fin.) compendium est cap. 36 Geneseos, quod continet *genealogiam Esavi et nomina regum Edomitarum*.

36. הַמְצִיט in hac recensione nominatur inter liberos Eliphazi; erat *peller* ejus, quæ Amalekum ei peperit, cfr. Gen. 36, 12.

41. בְּנֵי עֵבֶל הָיִשָּׁן; in stemmatibus sæpe numerus pluralis (בְּנֵי) præcedit, etsi modo unus nominatur, ita in loco parallelo Gen. 36, 25 et sæpissime in nostro libro (2, 7. 8. 31. 3, 22. 4, 13. 15 etc.)

42. Pro הַצֵּקֶן legendum videtur הַצֵּקֶן, et *Akan*, cfr. Gen. 36, 27; LXX etiam h. l. habent καὶ Ἀζάβ.

Cap. II.

I. *Duodecim filii Jacobi* (v. 1—2). II. *Posteri Judæ ex Thamare* (v. 3 ad fin.)

1—2. De natalibus filiorum Jacobi v. Gen. 29, 32 — 30, 24.

3—4. De matrimonio et filiis Judæ v. Gen. cap. 38.

5. cfr. Gen. 46, 12.

6. Stemmata, quæ jam sequuntur (usque ad fin. cap. IX), sumta videntur ex antiquis catalogis familiarum ad singulas tribus pertinentium, quales inter Judæos summo studio continuatos et servatos esse constat.

7. עֶכָר Josv. 7, 1 dicitur עֶכָר; *Achan* sine dubio mutatum est in *Achar*, ut efficeretur paronomasia, quum sequatur verbum עֶכָר. Genealogia Achanis supplenda est ex l. cit. libri Josvæ, ubi origo ejus refertur ad Serachum, filium Judæ; dicitur pater ejus Carmi filius Sabdi, filii Serachi. — עֶכָר, perturbavit, afflixit, *malum intulit*. — מַעַל, perfide egit (מַעַל בַּיהוָה 5, 25. 10, 13 sæp. defecit a Jehova, peccavit in Jehovam). 2) *surrripuit* aliquid, ita h. l.

9. *Genealogia Davidis*, quæ h. l. exhibetur (usque ad v. 17), prorsus congruit cum ea, quæ exstat Ruth 4, 18—22 et in evangeliiis, Matth. 1, 3—6 et Luc. 3, 32. 33. Sed facile intelligitur, non plenam generationum enumerationem his locis datam esse, nam a Nahassone, coævo Mosis¹⁾, usque ad Davidem quatuor tantum generationes nominantur, quum quadringentis annis inter eos elapsis vix duodecim sufficerent. In genealogia, quæ legitur 6, 1. 7—13 undeviginti generationes inter Levi et Samuelem enumerantur; in hac vero David decimus a Juda sistitur. Observandum est, orientales in stemmatibus suis sæpe progenitoris celebris nepotes, pronepotes et abnepotes filios vocare, omissis generationibus pluribus intermediis²⁾; ita Esr. 7, 3 in enumeratione pontificum sex nomina desunt inter Merajothum et Asariam, qui filius ejus dicitur,

1) Soror ejus erat uxor Aaronis, cfr. Exod. 6, 23.

2) Vide J. D. Michaelis Deutsche Uebersetzung des A. T. 5 Th. 2te Hälfte p. 206 (not. ad Ruth. 4, 20), Eichhorn Einleitung ins A. T. (ad II. Chronic.)

Matth. 1, 8 *Ἰωρὰμ ἐγέννησε τὸν Ὀζίαν*; Usias erat abnepos Jorami, et omissi sunt reges Achasia, Joas, Amazia, v. 11 *Ἰωσίας ἐγέννησε τὸν Ἰεχοϊάν*; hic vero erat nepos Josiæ.— *הַצָּרוּחַ* et *רָם* dicuntur a LXX et evangelistis *Ἐσρώμ* et *Ἀράμ*.

18. *הוֹלִיד אֶת-עֲזוּבָה אִשָּׁה וְאֶת-יְרִיעוֹתָהּ* (v. 9).— *הוֹלִיד* sec. verba: *parere fecit Azubam uxorem et Jerioth*; textus sine dubio h. l. corruptus est et videtur legendum *הוֹלִיד מֵאֵת עֲזוּבָה אִשָּׁה וְאֶת-יְרִיעוֹתָהּ*, *sustulit ex Azuba uxore sua Jerioth*.

20. *בַּצִּלְאֵל*, artifex ille, qui arcam foederis ceterasque res sacras tabernaculi fecit (Exod. 31, 2. 35, 30, cap. 36—38).

21. *מַכִּיר* erat filius Manassis et nepos Josephi, cfr. 7, 14, Num. 26, 28. 29.

23. *גְּשׁוּר*, *Gesura*, Syriae tractus a septentrione tribus Manassis ad radices Hermonis; h. l. incolæ hujus regionis, *Gesuritæ*. — *הַזֶּה*, familia, tribus. 2) *pagus, vicus*. — *בְּנוֹתֶיהָ*, filia ejus i. e. *vici ad eam pertinentes*. — *כָּל-אֶלְמָהּ וְגו'* — *omnes hi*, sc. illorum oppidorum incolæ, *fuerunt posteri Machiris*, nempe ex filia ejus, cfr. v. 21.

24. *אָב* h. l. et sæpius in hoc cap. *conditorem oppidi* significat, nam *תְּקִיעַ* et quæ infra sequuntur *זֵיתָה* (v. 42), *בֵּית-צוּר* (v. 45), *מִדְּמַנָּה*, *מִכְבָּנָא*, *גְּבַעָא* (v. 49), *קָרְיֹת יְעָרִים* (v. 50), *בֵּית-לָהֶם* et *בֵּית-גְּרָר* (v. 51) sunt nomina oppidorum tribus Judæ; eodem sensu occurrit in cap. 4, 3. 4. 5. 12. 17. 18. 19. 21, ubi etiam urbes tribus Judæ nominantur, 8, 29. 9, 35.

31. *אֶחָדְכִי* non erat filius, sed *filia* Sesanis, cfr. v. 34.

50. *בְּנֵי-דָוִד* non conjungendum est cum *כָּלֵב*¹⁾, nam Cale-

1) Ita *Duthe* Libri historici Vet. Test. latine versi, Halæ 1781. p. 615.

bus erat filius Chezronis et pater Churis, cfr. v. 18 et 19, sed referendum est ad שׁוֹבֵל: *hi fuerunt filii Calebi: filius Churis, primogeniti Ephrathæ, Sobal, qui condidit Kirjathjearim*¹⁾.

52. תְּרִיֶּזֶת הַחֶמְדָּה, Vulg. *qui videbat dimidium requietionum*, sed nullus sensus hac vertendi ratione efficitur; videntur esse nomina propria, scil. nomina posterorum Sobalis: *Haroe* (cfr. רֶאֶה 4, 2) et *dimidia pars Menuchoth* (cfr. הַחֶמְדָּה v. 54), LXX Ἀραὰ καὶ Αἰσὶ καὶ Ἀμμα-υλθ, Lutherus vertit: „der sahe die Hälfte Manuhoth.“

54. בֵּית לְחֶם, *Bethlehemitæ*, cfr. v. 51.

Cap. III

continet *prosapiam Davidis, quæ ultra Serubabelis ætatem continuatur.*

I. Filii Davidis (v. 1—9.)

1—4. Nominantur *sex filii, qui nati sunt ei Hebrone*, antequam rex factus est totius populi Israelitici, cfr. 2 Sam. 3, 2—5. — Secundus filius dicitur h. l. הַנְּיָאֵל, in 2 Sam. vero כְּלֵאֵב.

2. ל, quod præfixum est nomini אֶבְיָטָיִם, abesse debet.

5—8. Sequuntur nomina *filiorum, qui nati sunt Davidi Hierosolymis*, cfr. 2 Sam. 5, 13—16 et 1 Chr. 14, 3—7. — Uxor Uriæ, a Davide in matrimonium ducta, dicitur h. l. בַּת-שׁוּיָא filia *Ammielis*, sed 2 Sam. 11, 3 בַּת-שׁוּבָא filia *Eliami*. — Recensio, quæ h. l. adest, emen-

1) LXX: οὗτοι ἦσαν υἱοὶ Χαλέβ. υἱὸς Ὀρ πρωτοτόκου Ἐφραθά. Σωβὴλ πατὴρ Καριαθιαίμ. — Lutherus, neglecto בן nomini Churis præfixo, vertit: „dieß waren die Kinder Calebs: Hur, der erste Sohn von Ephrata; Sobal, der Vater Kirjath Searims.“

danda est ex 2 Sam., ubi *undecim filii* nominantur, hic vero *tredecim*, quum nomina אֶלְיָשָׁמֶע et אֶלְיָפָט repetantur. Pro אֶלְיָשָׁמֶע legitur 14, 4 et 2 Sam. 5, 14 אֶלְיָשָׁמֶע, et pro אֶלְיָפָט in 2 Sam. אֶלְיָשָׁמֶע. In 1 Chr. 14, ubi etiam tredecim nominantur, legitur et אֶלְיָשָׁמֶע et אֶלְיָפָט, et אֶלְיָפָט repetitur.

II. *Posterii Salomonis* recensentur (v. 10 ad fin.).

15. יְהוֹחָנָן, qui ut *filius primogenitus Josiæ* nominatur, cujus vero nullo alio loco mentio fit, videtur vivo patre mortuus esse. — אֶלְיָשָׁמֶע sine dubio idem est qui יְהוֹחָנָן, filius et successor Josiæ, fratre Jojakimo *junior*¹⁾; commemoratur hoc nomine præter h. l. Jerem. 22, 11²⁾.

16. יְהוֹחָנָן i. q. יְהוֹחָנָן, filius et successor Jojakimi.

19. זְרַבְבָּדָל, dux primæ coloniae Judæorum ex captivitate Babylonica in patriam redeuntium, hoc solo loco dicitur *filius Pedajæ*, Esr. 3, 2, Hagg. 1, 1, Matth. 1, 12 et Luc. 3, 27 *filius Salathielis*. — וְיָנֹחַ pro וְיָנֹחַ, nam duo nomina sequuntur; sic quoque v. 21. 23. 4, 17. 7, 35.

22. אֶלְיָשָׁמֶע, *sex*; igitur nomen unius filii excidit.

Cap. IV.

I. *Catalogus progeniei Judæ continuatur et finitur* (v. 1—23). II. *Posterii Simeonis eorumque sedes et gesta* (v. 24 ad fin.)

1. אֶלְיָשָׁמֶע filius Perezi, cfr. 2, 5; בְּרָמִי nominatur 2, 7, דְּחַר, filius Calebi et nepos Chezronis, 2, 19. 20. 50, et שׁוּבֵל, filius Churis, 2, 50.

2. יְהוֹחָנָן videtur esse i. q. יְהוֹחָנָן 2, 52.

1) Cfr. 2 Reg. 23, 31. 36 et 2 Chr. 36, 2. 5.

2) De Sallumo vide Rosenmüller Scholia in vaticinia Jeremiæ, vol. I. p. 523, *Winer Bibl. Realwörterb.* s. v. Joachas.

3. Ante אָבִי עֵיטָם subintelligendum est מְשִׁפְחוֹת ex v. 2: *hæ sunt familiæ conditoris Etami.*

4. בְּמוֹר אֶפְרַתָּה וגו', primogeniti *Calebi* ex Ephratha, *conditoris Bethlehemi*, cfr. 2, 19.

5. De אֶשְׁחֹרֵר conditore Thekoæ vide 2, 24, ubi dicitur filius Chezronis, ex tertia uxore Abija post mortem ejus natus.

8. קִיץ, frater præcedentium; hoc nomen sine dubio ex v. 7 excidit.

9. עֵצָב, simulacrum idoli, i. q. עֵצָב. 2) *dolor*, i. q. עֵצָב, ita h. l.

10. אַם, h. l. particula optandi: *utinam.*

17. וַתַּהַר, *concepit et peperit*, sc. *Bithja*, uxor *Meredi*; hoc supplendum est ex v. sequ.

21. Posterii Judæ hactenus enumerati ex *Perezo* et *Seracho* originem duxerunt; nunc commemorantur *posterii Selæ*, tertii Judæ filii (v. 21—23).

A v. 24 commemorantur *posterii Simeonis*, quorum *nomina* (v. 24—27), *sedes* (v. 28—33), *principes* (v. 34—38) et *gesta* (v. 39 ad fin.) recensentur. Simeonitæ adnecuntur Judæis, quia hæreditas eorum in tribu Judæ fere continebatur (Josv. 19, 1).

Enumeratio *filiorum Simeonis* non omnino convenit cum ea, quæ exstat Gen. 46, 10 et Exod. 6, 15, ubi sex filii nominantur; qui hic נְמוּאֵל et זָרַח, illis locis רְמוּאֵל et צַחֲרִי dicuntur, et pro קָרִיב occurrunt nomina אֶתֶר et רָבִין, cfr. etiam Num. 26, 12 seq.

32. הַיֵּצֵר, 1) atrium, vestibulum. 2) villa, prædium, *pagus.*

33. הַתְּרִישׁ, verbum argenteæ ætatis linguæ Hebraicæ, modo in libris Chronic., Esræ et Nehem. obvium (ex subst.

יִרְחַט, genus, familia, semel Neh. 7, 5 סִפְרֵי הַיְיָשׁ, stemma, genealogia, i. q. (תּוֹלְדוֹת) significat nomen suum in tabulas genealogicas referendum curare, *censeri*, ἀπογράφεσθαι; infin. sæpe nominascit, *recensionem*, *indicem*, *stemma* designans, ita h. l., 7, 5. 7. 9. 40. Esr. 8, 1.

39. מִזְרָח (ex זָרַח, ortus est, de sole) pr. ortus solis, sed ubique indicat *orientem*, plagam coeli orientalem, Gr. ἀνατολή.

40. יָרַח בְּיָדָיו, *latus utrinque* (יָדָיו, utraque manus, etiam utrumque latus) i. e. ex omni parte late patens, Gen. 34, 21. Ps. 104, 25. — שָׁקֵט, part. ben. foem. ex שָׁקַט, quietus fuit, quievit. — שָׁלֵחַ, tranquillus, securus (rad. שָׁלַח). — מִי rationem indicat, cur Simeonitæ incolas hujus regionis aggressi sint: *erant enim de stirpe Chami*.

41. מְעוֹקִים nonn. ut nom. appell. excipiunt: *habitacula*, *domicilia*, *ædificia stabilia* (sing. מְעוֹן), ut opponatur אֶהְלִים, tentoriis (ita Lutherus, Castellio, J. D. Michaelis), alii rectius ut nom. pr. (LXX, qui vertunt τοὺς Μινάτους, Bochartus, Dathe) intelligentes *Meunæos* s. *Minæos*, populum Arabicum, qui 2 Chr. 26, 7 conjungitur cum Arabibus proprie dictis, Jud. 10, 12, ubi exstat forma singul. מְעוֹן, cum Philistæis, Sidoniis, Amalekitis. Bochartus (Phal. II, 22) monuit, si מְעוֹקִים h. l. esset nomen app., scribendum fuisse מְעוֹקִיָּה, quum præcedat אֶהְלִיָּה.

Cap. V.

- I. *Genealogiæ, sedes et gesta Rubenitarum, Gaditarum et Manassitarum ab oriente Jordanis habitantium usque ad captivitatem Assyriacam* (v. 1—26). II. *Genealogia pontificum maximorum ad captivitatem usque Babyloniam* (v. 27—fin.)

V. 1—10. *Genealogia et sedes Rubenitarum eorumque cum Hagarenis certamina.*

בִּרְ-הוּא הַבְּכוֹר, hic parenthesis incipit, quæ cum v. 2 finitur. — בְּחַלְלוֹ וְגַ' cfr. Gen. 35, 22. 49, 4. — וְלֹא לָהֶחְתָּחַשׁ לְבַכְרָה, neque recensitus est secundum primogenituram v. primogeniti loco; LXX καὶ οὐκ ἐγενεαλογήθη εἰς πρωτοτόκια.

2. בְּנֵי, princeps, præfectus, Gr. ἡγούμενος, adhibetur de quovis præfecto, imprimis de principibus populi (2 Sam. 5, 2. 6, 21. 7, 8).

3. *Filii Rubenis* iisdem nominibus afferuntur Gen. 46, 9, Exod. 6, 14, Num. 26, 5 seq.

6. גָּלָה, nudavit, Hiph. הִגְלָה v. הִגְלִיחַ, deportavit, in exsilium abduxit (Gr. μετακίλειν), unde subst. גִּלְגָּל v. גִּלְגָּל, exsilium (v. 22).

10. הַגְּרָאִים s. הַגְּרִיִּים (Ps. 83, 7), LXX οἱ Ἀραραῖοι et Ἀραραῖοι¹), *Hagareni*, populus Arabicus (Strabo Ἀραραῖοι, Dionys. Ἀραραῖοι) ab Hagare matre Ismaelis sic dictus²). In Ps. cit. commemoratur hic populus inter hostes Judæorum et conjungitur cum Edomitibus, Ismaelitibus, Moabitibus. Conferendum est nomen hodiernum *Hadjar* (هَجَرَ) partis Arabiæ juxta sinum Persicum sitæ³). — וַיִּפְּלוּ בְיָדָם, subjectum mutatur: Hagareni victi sunt.

1) In v. 10 LXX vertunt οἱ πάροιχοι, commutantes הַגְּרָאִים cum הַגְּרִיִּים.

2) Cfr. Bochart. Phal. IV, 11.

3) Hagareni antiquo quidem tempore habitabant in septentrionali parte Arabiæ ab oriente Gileaditidis, sed haud improbable est, eos postea meridiem versus migrasse.

11—17. *Genealogia et sedes Gaditarum.*

16. מִגֵּרָשׁ (ex גֵּרָשׁ, expulit, pastum egit pecus) pascuum, spec. adhibetur de areis circa oppida Levitarum pascendo pecori destinatis; *suburbium*. — הוֹצֵאֹתָ, exitus, h. l. fines, termini.

A v. 18—22 accuratius describitur *bellum Rubenitarum, Gaditarum et Manassitarum cum Hagarenis gestum.*

בְּנֵי-הַיָּלֹל, *vioi δυνάμεως*, filii roboris v. fortitudinis i. e. homines fortes.

19. יִשְׂמֵר וְנִקְרָא וְנִקְרָא וְנִקְרָא, populi Arabici; *Ituræi et Naphisæi* commemorantur inter posteros Ismaelis 1, 31 et Gen. 25, 15; *Nodabitæ* nullo alio loco nominantur.

20. וְנִקְרָא וְנִקְרָא וְנִקְרָא, hæc verba a nonnullis (ut Vulg., Luther., Cast., Dathe) perperam conjunguntur cum tribus nominibus antecedentibus: *Itur., Naph. et Nodab. auxilio iis fuerunt*, nam עָזַר in Niph. significat *adjuvari*, et obstat præp. עַל; vertenda sunt: *adjuti sunt contra illos*, scil. Israelitæ a Deo, Deus iis victoriam dedit (J. H. Michaelis, J. D. Michael., Gesen.), cfr. Ps. 28, 7 נִקְרָאֵתִי, adjutus sum (a Deo). — נִקְרָאֵתִי, inf. absol. Niph. ex עָזַר, quod in Piel significat supplicem orare, precari, in Niph. exorari se pati, *exaudire* (Gen. 25, 21).

22. הַגִּלָּה, ἡ μετοικεσία, deportatio, captivitas Assyriaca.

23—26. *Sedes, principes et fata dimidiæ tribus Manassis orientalis.*

24. אֲנָשֵׁי יָמֹתָא, viri nominum i. e. viri celebres, ἄνδρες ὀνομαστοί, cfr. Gen 6, 4.

25. זָנָה, *scortatus est*, frequenter metaphoricè usurpatur de *idololatria*, quoniam relationem, quæ Deum inter et populum Israeliticum intercedat, conjugii imagine scriptores

sacri V. T. adumbrant. Creberrima formula est זָבַח אֲחֵרִים זָבַח אֲחֵרִים אֲחֵרִים, scortari alienos deos sectando i. e. cultu divino prosequi idola gentium.

26. חֲלָחָה, *Calachene* (Strabo *Καλαχηνή*, Ptolemæus *Καλακισινή*) borealis Assyriæ provincia ad fines Armeniæ sita ¹⁾. — חַבּוֹרָה, *Chaboras*, fluvius Mesopotamiæ, qui ad Circesium in Euphratem influit. — חֲרָא hoc solo loco legitur; probab. est *Aria* ²⁾ (hodiernum Khorasan) ab oriente Parthienes sita, et videtur positum pro מְדִי, *Mediæ*, cfr. II. parall. 2 Reg. 17, 6 et 18, 11, ubi pro חֲרָא legitur מְדִי, עָרֵי מְדִי, Herodot. VII, 62 οἱ Μῆδοι ἐκαλέοντο πάλαι πρὸς πάντων Ἀριοί. — גּוֹזָן, *Gozan* s. *Gauzanitis*, regio Mesopotamiæ juxta Chaboram fluvium sita, ad regnum Assyriacum pertinens, hodie Kauschan; נְהַר גּוֹזָן *fluvius Gauzanitidis* est igitur *Chaboras*, et negligentiae scriptoris tribuendum est, quod h. l. ab eo distinguatur. Vide 2 Reg. 17, 6 et 18, 11, ubi Salmanassar dicitur Israelitas in Assyriam deportasse, iisque sedes in Calachene, *ad Chaboram fluvium Gauzanitidis* et in urbibus Mediæ assignasse.

A v. 27 ad fin. cap. recensentur *pontifices maximi usque ad captivitatem Babylonicam*.

29. מַרְיָם (*Μαριάμ*, *Maria*) erat *filia Amramis*.

31. Per quinque generationes summi sacerdotii dignitas in familia *Eleazari* fuit; post *Uzzium* vero contigit *Eli*³⁾, qui ex posteris fuit *Ithamari* filii Aaronis natu minimi,

1) Vix dubitari potest, quin חֲלָחָה id. sit qu. חֲלָחָה Gen. 10, 11, cfr. *Bochart*. Phal. IV, 22. Litteræ ח et ס interdum permutantur, ita nomen fluvii Chaboræ Hebr. scribitur et חַבּוֹרָה et חַבְרָה.

2) Cfr. *Bochart*. Phal. III, 14.

3) Cfr. *Josephi* Antiqu. lib. V cap. 11 sect. 5.

in cujus familia continuata est usque ad Abjatharum ¹⁾. Hunc Salomo a sacerdotio removit, quod traditum est *Zadoko* (1 Reg. 2, 26. 27. 35), quo facto iterum ad posteros Eleazari pervenit.

36. בְּהֵן, ministerio sacerdotali functus est, Gr. *ἰερατεύειν* (Luc. 1, 8).

Cap. VI.

Levitarum familiae (v. 1—15), *officia* (v. 16—38) *et oppida* (v. 39—66).

7. עַמְיִקְרֵב nullo alio loco ut filius Kehathi nominatur; in v. 23 הַצֶּהֳרָר, secundus Kehathi filius, autor familiae sequentis dicitur.

11. אֶלְקָנָה בְּנֵי אֶלְקָנָה; posterius Elkana redundare, ex eo iam apparet, quod non habet בְּנֵי additum, ut cetera nomina. Neque legitur in vers. LXX et Syriaca.

13. שְׁמֹוֹאֵל; ex collatione vers. præced. cum 1 Sam. 1, 1 seqq. instituta apparet, hunc Samuelem esse celeberrimum illum judicem et prophetam Hebræorum; constat igitur ex. h. l., Samuelem pertinuisse ad tribum Levi, neque ad tribum Ephraimi, quod multi concluderunt ex nominibus הַר אֶפְרַיִם et אֶפְרַיִם, quæ leguntur 1 Sam. 1, 1 ²⁾; hæc vero nomina non indicant originem familiae, sed modo locum habitationis. — וְשָׂמִי non est nom. pr., sed significat *secundum*, nempe אֲבִיהָ, qui secundus Samuelis filius fuit. Ante

1) Generationes pontificum ex familia Ithamari erant *Eli* (1 Sam. 1, 3 seqq.), *Pinehas* (1 Sam. 1, 3. 2, 12—34. 4, 11), *Achitub* (1 Sam. 14, 3), *Achimelech* (1 Sam. 21, 2 seqq. 22, 9 seqq.), *Abjathar* (1 Sam. 22, 20 sæp.)

2) Ita *Gesenius*, qui in Lex. Samuelem h. l. nominatum a iudice ejusdem nominis distinguit.

הַשְּׁנַיִי omissum est nomen הַיְאֵל primogeniti filii Samuelis (1 Sam. 8, 2), cfr. v. 18. Sed satis antiquum esse hunc errorem, apparet ex vers. LXX, quæ habet ὁ πρωτότοκος Σανὶ καὶ Ἀβιά, et Vulg. *primogenitus Vasseni et Abia*. In vers. vero Syriaca et Arabica legitur: *primogenitus Joel, secundus Abija* ¹⁾.

16. מִמְּנוּחֵי הָאָרְוָה, pr. a quiete arcæ, postquam requievit arca i. e. ex quo David certum locum arcæ assignaverat²⁾; LXX ἐν τῇ καταπαύσει τῆς κιβωτοῦ.

17. מִשְׁכָּן, habitaculum, spec. *tabernaculum*; sæpe conjungitur cum מוֹעֵד הָאֵל, tentorium conventus i. e. tabernaculum sacrum Hebræorum (*tabernaculum foederis*), ita dictum aut a conventibus populi ante illud habitis, aut quia Deus ibi cum Mose conveniebat (Exod. 25, 22. Num. 17, 19); LXX vertunt ἡ σκηνὴ τοῦ μαρτυρίου, confundentes מוֹעֵד cum עֲדָתָא, et eodem modo Vulg. *tabernaculum testimonii*; Lutherus „die Hütte des Stifts“. הָאֵל, ubi distinguitur a מִשְׁכָּן, significat *tegumentum tentorii exterius*, undecim stragulis constans e pilis caprarum contextis, quod imponebatur *habitaculo* (הַמְּשָׁכָן) h. e. decem aulæis interioribus (byssinis), quæ asseribus incumbebant, cfr. Exod. 26, 1. 7. 36, 8. 14. — מִשְׁפָּט, iudicium, 2) jus, 3) *ordo*, LXX κρίσις (Luc. 1, 8 τάξις). — עֲבֹדָה, opus, officium, ministerium, impr. *ministerium sacrum*, Gr. λειτουργία.

18—23 idem stemma continent, quod v. 7—13, ordine retrogrado expositum, cujus exempla antea habuimus 4, 35. 37. 5, 8. 14. 15. Nomina patris et avi Samuelis eadem

1) Ita etiam in editione Complutensi LXX: ὁ πρωτότοκος αὐτοῦ Ἰωὴλ, καὶ ὁ δεύτερος Ἀβιά.

2) Scil. in Zione, cfr. 2 Sam. cap. 6 et 1 Chr. c. 15.

sunt: אֶלְקָנָה et יִרְיָהוּ; in ceteris vero magna diversitas adest 1).

24. אֶלְקָנָה dicitur frater Hemanis i. e. consanguineus ejus et collega, cfr. v. 29; erat Asaphus Gersonita (v. 28).

1) V. 1, 7—13.

Levi.
|
Kethath.
|
Amminadab.
|
Korach.
|
Assir.
|
Elkana.
|
Ebjasaph.
|
Assir.
|
Tachath.
|
Uriel.
|
Usias.
|
Saul.
|
Elkana.

Amasai, Achimoth.

|
Elkana.
|
Zophai.
|
Nachath.
|
Eliab.
|
Jerocham.
|
Elkana.
|
Samuel.

V. 18—23.

Levi.
|
Kethath.
|
Jizhar.
|
Korach.
|
|
Ebjasaph.
|
Assir.
|
Tachath.
|
Zephania.
|
Asaria.
|
Joel.
|
Elkana.
|
Amasai.

Machath.
|
Elkana.
|
Zuph.
|
Thoach.
|
Eliel.
|
Jerocham.
|
Elkana.
|
Samuel.

cfr. I Sam. 1, 1, 20.

Zuph.
|
Thocho.
|
Elihu.
|
Jerocham.
|
Elkana.
|
Samuel.

34. אֲחֵרֵי וּבָנָיו *opponuntur* הַלְוִיִּים v. *præc.*; *erant posteri Aaronis sacerdotes*, כֹּהֲנִים (cfr. Exod. 28, 1), *ceteri vero ad tribum Levi pertinentes* (לְוִיִּים, *Levitæ* sensu strictiori) *ministri sacerdotum* (Num. 3, 6 seqq., 18, 2 seqq.), quorum erat templum aperire, claudere, custodire, illud et vasa sacra purgare, panes sacros et similia curare¹⁾. — הַקְטֹרֶת s. קָטַר, suffivit, suffimenta incendit in honorem numinis, Gr. *θυμιαῖν* (Luc. 1, 9); קָטַרְתָּ, suffimentum, *θυμιάμα*. מִזְבֵּחַ הָעֹלָה, altare holocaustorum in vestibulo positum, τὸ *θυσιαστήριον τῶν ὀλοκαυτωμάτων*; מִזְבֵּחַ הַקְטֹרֶת, ara suffitus in sancto posita, τὸ *θυσιαστήριον τοῦ θυμιάματος*.

A v. 35—38 *series pontificum iteratur*, cfr. 5, 29 seqq.

39. סְרִירָה, paries, murus circumductus, 2) arx, 3) septum, *pagus rusticorum* (Gen. 25, 16), LXX *κόμη*. — Post הַגְּזֵל *supplendum est* רֵאשִׁיבָה (Josv. 21, 10): *posteris Aaronis prima sors contigit*. — De 48 *oppidis sacerdotibus et Levitis assignatis* cfr. Josv. cap. 21, ex quo recensio nostra emendanda et supplenda est.

42. מִקְלָט, asylum, *φυγαδεῖον* (rad. Chald. קָלַט, *recepit*); עָרֵי הַמְּקָלָט, LXX *αἱ πόλεις τῶν φυγαδευστηρίων*, *oppida asyli*, quo confugiebant, qui per errorem alios occiderant (בְּל - מִמֶּה - נָפַשׁ בְּשִׁגְגָה), ut vindictam sanguinis evitarent (de quibus Moses loquitur Num. 35, 6 seqq.); *erant sex, nempe tria cis Jordanem sita: Kedesh* (Galilæa, tr. Naphtali), *Sichem* (tr. Ephraimi), *Hebron* (tr. Judæ) *et tria trans Jordanem: Bezer* (tr. Rub.), *Ramoth* (Gilead, tr. Gad) *et Golan* (Basan, tr. Man.), cfr. Josv. 20, 7—9. — Quum Hebron tantum oppidum asyli esset, non reliqua, quæ in h. v. nominantur, pro עָרֵי legendum est עִיר (cfr. Josv. 21, 13), ita etiam v. 52.

1) Cfr. *Winer* Bibl. Realwörterb. vv. *Priester et Leviten*.

45. יָשֶׁלֶשׁ-עָשָׂרָה עִיר, *tredecim oppida a tribubus Judæ, Simeonis et Benjaminis sacerdotibus assignata erant, sed undecim tantum recensentur; desunt nempe Jutta, urbs Judaica, et Gibeon, urbs Benjaminitica, quæ supplendæ sunt ex Josv. 21, 16. 17.*

46. Post אֶפְרַיִם וּמְנַשֶׁה-בֶן הַמַּטֵּה, *a tribu Ephraimi et a tribu Danis, ex Josv. 21, 5 supplenda.*

63. מִמַּעַר לְיַרְדֵּן יְרֵחוֹ, *trans Jordanem e regione Hierichuntis (Num. 34, 15. 35, 1).*

Cap. VII.

Genealogiæ, sedes et census Issacharitarum (v. 1—5), Benjaminitarum (v. 6—12), Naphtalitarum (v. 13), Manassitarum (v. 14—19), Ephraimitarum (v. 20—29), Aseritarum (v. 30—40).

1. Pro פִּיֶּזֶה et יָשׁוּב legitur Gen. 46, 13 פֶּזֶה et יוּב, cfr. Num. 26, 23. 24.

6. In *genealogia Benjaminis* maxima diversitas adest inter singulas recensiones, cfr. 8, 1 seqq., Gen. 46, 21, Num. 26, 38—40.

13. *Filii Naphtali* præter h. l. recensentur Gen. 46, 24 et Num. 26, 48. 49.

14. בְּנֵי מְנַשֶׁה אֲשֶׁר־יָאֵל i. e. *ex posteris Manassis fuit Asriel*, cfr. Num. 26, 29—31, ubi dicitur filius Gileadis, nepos Machiri, pronepos Manassis. — אֲשֶׁר יָרָה, *quem peperit*; post hæc verba nomen matris excidit, quare Vulgata ea omittit; similis ellipsis adest Num. 26, 59, 1 Reg. 1, 6. — פִּילְגֶשֶׁה, *at pellex ejus*, nimirum Manassis.

15. לָקַח אִשָּׁה לְחַפְזִים וּלְשָׂרִים, etiam h. l. aliquid deest; J. H. Michaelis (Biblia Hebr., Halæ 1720) subintelligit אָדוּרָה post אִשָּׁה: *Machir sibi uxorem duxit, sc. sororem Chup-*

pimi et Schuppimi, qui v. 12 inter Benjaminitas recensiti sunt. — וְשֵׁם אֶחָתוֹ, *et nomen sororis ejus*, sc. Chuppimi v. Schuppimi. — וְשֵׁם הַשֵּׁנִי, *et nomen secundi*, sc. præter Asrielem (v. 14) ex posteris Manassis hic recensiti. — צֶלְפָּחָדִי dicitur Num. 26, 29—33. 27, 1, Josv. 17, 3 filius Chepheri, nepos Gileadis, propenos Machiri, abnepos Manassis; erat igitur fratruelis Asrielis. — בְּנֵיהֶן, nomina earum leguntur II. cc.

19. נַטְמִידָיָע erat filius Gileadis et frater Asrielis, cfr. Num. 26, 30—32.

22. וַיִּתְחַבֵּל אֶפְרַיִם וְג'; similia verba de Jacobo exstant Gen. 37, 34. 35.

• 30. *Liberi et nepotes Aseris* iisdem nominibus afferuntur Gen. 46, 17 et Num. 26, 44—46.

40. בְּרִירִים, *electi*, ex בָּרַר, separavit, elegit, purgavit, cfr. 9, 22. 16, 41.

Cap. VIII.

Accuratius describitur genealogia Benjaminitarum propter Saulum, primum Israelitarum regem, cujus posterii recensentur a v. 33 ad fin. cap.

29. *Conditor Gibeonis* dicitur יִצְיָאֵל 9, 35, ubi hæc et sequentia usque ad v. 38 iterum leguntur.

32. מְקַלֹּחַ et נֵר (v. 33) nominantur 9, 36. 37 inter filios Jeielis.

33. וְנֵר הוֹלִיד אֶת-קִישׁ; differt hoc a 1 Sam. 14, 50. 51, ubi Ner, pater Abneri, dicitur frater hujus Kisi, qui pater erat Sauli, et uterque filius Abielis, cfr. etiam 1 Sam. 9, 1. 2. — אִישׁ-בִּשְׁתִּי i. q. אֶשְׁבַּעַל (2 Sam. 2, 8 seqq.), qui post patris fratrumque mortem rex undecim tribuum factus est.

34. Filius Jonathanis, pater Michæ, dicitur h. l. et

9, 40 מְרִיב בַּעַל, sed 2 Sam. 4, 4. 9, 6 seqq. 16, 1 s. 19, 25 s. מְסִיבֵשֶׁת ¹⁾).

Cap. IX.

Recensentur nonnulli ex tribubus Judæ, Benjaminis et ex posteris Levi, qui ante captivitatem Babylonicam Hierosolymis habitarunt (v. 1—34). Genealogia Sauli iteratur (v. 35—fin.)

2. מְרִיבֵי, pr. *dati, traditi* (LXX h. l. οἱ δεδομένοι, alias οἱ Ναθινίμ s. Ναθινάϊοι) erant *ιερόδουλοι* ²⁾ Hebræorum, *mancipia templi*, quæ Levitis in ministerio sacro ad manus erant. Nonnulli putant, eos fuisse posteros Gibeonitarum istorum, quos Josva in perpetuum servitio in sanctuario præstando addixisset (Josv. 9, 23); sed sine dubio intelligendi sunt captivi a Davide aliisque regibus sanctuario donati et perpetuo servitio addicti, cfr. Esr. 8, 20, ubi dicuntur Levitis a Davide et proceribus famuli traditi. In libris antiquioribus Nethinæi non commemorantur ³⁾).

A v. 10—34 recensentur *posterii Levi, qui Hierosolymis habitarunt, et officia eorum: sacerdotes (v. 10—13), Levitæ (v. 14—16), janitores (v. 17—27), custodes (v. 28—32), cantores (v. 33).*

17. שַׁעַר, janitor, πυλωρός, ex שַׁעַר, porta.

19. סָהַר, limen (rad. סָהַר in lingua Æthiop. expansus est). וְאַבְתֵּיָהֶם וְגו', *sicut majores eorum præfecti fuerant castris Jehovæ, aditum ad ea custodientes.*

22. יָסַד, præt. Piel ex יָסַד, fundavit, constituit.

1) בִּשְׁתָּה, pudor, ignominia, sæpius usurpatur de idolis (Jer. 3, 24. 11, 13. Hos. 9, 10), ut sit i. q. בַּעַל. Conferendum est cognomen Gideonis יִרְבֵּעֵל (Jud. 6, 32) s. יִרְבֵּשֶׁת (2 Sam. 11, 21).

2) Josephi Antiqu. XI, 5. 1.

3) Nominantur præter h. l. tantum in II. Esræ et Nehem.

25. לְבוֹא לְטַבַּעַת הַיָּמִים, *ut post*¹⁾ *septem dies venirent* i. e. *ut septenis diebus per vices succederent.*

26. לְטַבֵּחַ (etiam נְטִיפָה Nehem. 3, 30. 12, 44. 13, 7) conclave, cella, impr. usurpatur de cellis templi, LXX *παστροφόριον.*

28. וְיִמָּדוּם, *et quidam ex illis.* — בְּמִסְפָּר, *ἐν ἀριθμῷ,* certo numero.

29. מִנְחָה, Kal et Piel impertivit, attribuit, assignavit, Pual constitutus, praefectus est; מְמַנִּים igitur *praefecti, καθεσταυμένοι.* — לְבוֹנָה, *thus* (Gr. *λίβανος*, Matth. 2, 11, Apoc. 18, 13), a colore albo dictum (rad. לָבַן, albus fuit); *thus* album pretiosissimum erat. — בְּטֶשֶׁת, *balsamum*, planta balsamifera, LXX *ἀρώματα.*

30. רִקְחָה, *condidit* oleum ad unguenta conficienda (Exod. 30, 33), unde רִקְחָה, unguentarius, *μυροποιός* (Exod. 30, 25. 35), et מִרְקָחָה, 1) conditura unguentorum (Exod. 30, 25, 2 Chr. 16, 14), 2) *unguentum*, *μύρον.*

31. הַחֲבִיתִים, *ἄπαξ λεγ.*, *coctilia, frixa* (מְחַבֵּת, *sartago*, 23, 29, Arab. *خبز*, *panem coxit*).

32. לֶחֶם הַמַּעֲרֵכֶת, *in libris recentioribus* i. q. *in antiquioribus* לֶחֶם הַפָּנִים, *panes appositi*, LXX *οἱ ἄρτοι τῆς προθέσεως*; *ita dicebantur duodecim paniculi, qui singulis sabbatis pro 12 tribubus Jehovæ in sancto proponebantur, hebdomade vero peracta sacerdotibus vescendi concedebantur, cfr. Lev. 24, 5—9.* מַעֲרֵכֶת pr. est *strues* (צָרַךְ, *struxit, disposuit*).

33. פָּטַר, *fidit*, 2) *erumpere fecit*, 3) *liberum dimisit*, unde פְּטוּרִים *dimissi* i. e. *immunes ab officio.*

35—fin. cap. Regressio ad gentem Sauli et praeparatio ad historiam sequentem; cfr. 8, 29—38.

1) Ita ל interdu[m] adhibetur de exacto temporis spatio, cfr. Gen. 7, 4. 10. 2 Sam. 13, 23.

II.

Historia regni Davidis.

Sectio I.

I Chron. cap. X

introductionem continet ad historiam regni Davidis, narrationem nimirum *de ultimis fatibus regis Sauli*, antecessoris ejus. Conferendum est hoc caput cum 1 Sam. c. 31, ubi idem iisdem fere verbis narratur.

V. 1. אָכַל, comedit, Niph. pugnavit, bellum gessit (Gr. μάχεσθαι s. πολεμεῖν), unde מִלְחָמָה, 1) pugna, proelium, 2) bellum. — וַיִּנְסוּ אֲנָשֵׁי יִשְׂרָאֵל, 1 Sam. וַיִּנְסוּ אֲנָשֵׁי יִשְׂרָאֵל, *et fugerunt Israelitæ.* — גִּלְבּוֹעַ, Gilboa (LXX et Josephi Antiqu. VI, 14, 2 Γελβουέ), regio montana in tribu Issacharis inter planitiem Jesreelis et vallem Jordanis, sex miliaribus ¹⁾ a Scythopoli distans.

2. דָּבַק, adhæsit, Hiph. pr. agglutinavit, deinde *insectatus, persecutus est*; construitur et cum accus. (l. parall. 1 Sam., 2 Sam. 1, 6, Jud. 18, 22) et cum אָחַז, ut h. l., Jud. 20, 45, 1 Sam. 14, 22. — נָכַח (Kal inusit.) Hiph. 1) percussit, feriit, 2) profligavit, fugavit (Gen. 14, 15, 2 Sam. 1, 1 etc.), 3) *trucidavit, occidit*, i. q. הָרַג, ut h. l.,

¹⁾ Ex nostra mensura 1½ Mill.

Gen. 4, 15, spec. transfodit, perfodit, i. q. דָּקַר (2 Sam. 2, 23. 3, 27. 4, 6); ab hoc verbo derivatur מָצַח, 1) percussio, imprimis de calamitatibus a Deo inflictis, 2) vulnus, 3) cædes in bello, clades.

3. מָצַח (part. Hiph.) et יָדַח (part. Kal) ex יָדַח, jecit: *jaculans, sagittarius*. — יָדַחְלָה (fut. ex יָדַח, cujus prima notio est torqueri) *et vulneratus est* (Vulg., Luth., J. D. Michaeli Dathe); alii *tremuit, timuit* (vers. Syr. تَمَلَّ).

4. הִתְצַחֵלֵל significat *illudere, ἐμπαλίζειν*. — Eodem modo Abimelechus, Thebezum oppugnans, quum cranium ejus lapide a muliere jacto fractum esset, armigerum se interficere jubet, ne ignominiose occisus diceretur, cfr. Jud. 9, 54.

6. כָּל-בֵּיתוֹ, *tota domus ejus*; hoc non intelligi potest de familia Sauli, nam quartus ejus filius Isboethus s. Esbaal, qui deinde ab undecim tribubus rex factus est (2 Sam. 2, 8), vel evasit vel proelio non interfuit; etiam Mephibosethus, nepos ejus, superstes mansit (2 Sam. 4, 4). Intelligendum est de *stipatoribus* Sauli: quotquot ex domesticis ejus pugnae adfuerunt, una perierunt, cfr. I. p. 1 Sam. 31, 6: אֲנָשֵׁיוּ¹⁾.

7. בֵּר נֹסֵה, sc. אֲנָשֵׁי יִשְׂרָאֵל, quod additur in I. p. 1 Sam.

9. בִּשְׂרָר, *lætum nuntium attulit*, Gr. εὐαγγελίζεσθαι, unde בִּשְׂרָרָה, *εὐαγγέλιον*.

10. בֵּית אֱלֹהֵיהֶם, *in fano dei sui*; accuratius 1 Sam. בֵּית עֲשָׂתָרוֹת (LXX εἰς τὸ Ἰσταρτεῖον, Josephus εἰς τὸ Ἀστάρτειον ἱερόν); *Astarte* erat idolum muliebri a Phoenicibus et Philistæis cultum. Moris erat omnibus populis antiquis spolia hostium in templis deorum deponere (ἀνα-

1) Ita etiam Josephus (Ant. VI, 14, 7) διεσώθη δ' οὐδείς τῶν σωματοφυλάκων τοῦ βασιλέως, ἀλλὰ πάντες ἔπεσον περὶ τὸ καλούμενον Γέλβον ὄρος.

τιθήναι); talia dona dicebantur Gr. ἀναθήματα. — גִּלְגָּלְתָּה, *cranium*, LXX κεφαλή. — בֵּית דָּגוֹן, *templum Dagonis*, idoli Philistæorum, capite manibusque humanis instructi, reliquo vero corpore piscem¹⁾ referentis, cfr. 1 Sam. 5, 4. In l. p. 1 Sam. legitur וַתִּקְעוּ בְּרוּחַמָּה בַּיָּם שָׁן, *corpus ejus affixerunt muro Bethsanis*²⁾, urbis Manassitarum, cis Jordanem sitæ, postea Scythopolis dictæ³⁾; hæc urbs diu Canaanitis et Philistæis parebat, cfr. Josv. 17, 11. 12. 16.

11. גִּבְעַת s. גִּבְעַת, oppidum Gileaditidis, ad possessiones Manassitarum pertinens.

12. וַיִּקְרָא כָל-אִישׁ הַיָּלְדוֹ וְגוֹ; nimirum beneficii olim a Saulo accepti memores, quo eos ab Ammonitis obsessos magna calamitate et ignominia liberaverat (1 Sam. cap. 11). Hoc factum Jabesitarum, piæ gratæque mentis documentum, David recte et ad captandam sibi benevolentiam apte laudat 2 Sam. 2, 5. — גִּבְעַת i. q. גִּבְעַת (1 Sam.) corpus, cadaver. — אֶלְתָּה, *terebinthus*, (LXX δρῦς); in l. p. אֶשְׁלָה, *tamariscus*; videtur utrumque vocabulum ampliori significatu de quavis arbore majori usurpatum esse.

13. אֵרֵב, *νεκρόμαντις*, hariolus incantationum et formularum magicarum vi manes evocans, ut de futuris responsa dent, LXX ἐγγαστριμυθός, ventriloqua. Historia, ad quam spectat h. l., legitur 1 Sam. 28, 7 seqq. — דָּרַשׁ, quæsivit aliquid ex aliquo, percontatus est, spec. oraculum petiit ab aliquo, *consuluit* aliquem, ita sæpius דָּרַשׁ בַּיהוָה (v. s.) s. דָּרַשׁ אֶת יְהוָה (Gen. 25, 22).

14. מוֹרָה, *mori*, Pilel מוֹרָה (2 Sam. 1, 9. 16) et Hiph.

1) Hebr. דָּג, unde nomen ortum est.

2) Cfr. Jos. Ant. VI, 14, 8.

3) De distantia hujus oppidi a proelii campo v. supra notata.

הָמִית, *interfecit*; ubi Jehova dicitur homines occidere, vulgo adhibetur הָמִית, cfr. 2, 3, Gen. 38, 7. 10, Jes. 65, 15. — סָבַב, vertit se, circumivit, Hiph. *convertit, transtulit*, Gr. ἐπιστρέφειν. — מַלְכָּה, βασιλεία, regnum, i. q. מִמְלָכָה et מְלָכָה.

Sectio II.

2 Sam. I, 1—16.

David Amalekitam, qui mortem Sauli ipsi annuntiat, seque eum interfecisse fingit, supplicio affici jubet.

1. וְהָיָה כִּי יָשָׁב דָּוִד מִמִּלְחָמָה וְהָיָה אִמְלֵקִים אֲחֵרֵי הַיָּמִים וְהָיָה דָּוִד מִמִּלְחָמָה וְהָיָה אִמְלֵקִים אֲחֵרֵי הַיָּמִים, *quum David a caede Amalekitarum reversus esset*; Amalekitæ Ziklagam expugnaverant et deleverant absente Davide, qui reversus impigre hostes persequitur, fugat prædamque recuperat (1 Sam. 30). צִקְלָג (LXX Σικελάζ, Josephus Σικελλα) erat urbs in terra Philistæorum sita; jam a Josva tribui Simeonis assignata fuerat (Josv. 19, 5), sed tandem sub Davide cum regno Israelitico conjuncta fuit. Quum David, ut Sauli persecutiones evitaret, in terram Philistæorum ad Achisum regem Gathæ fugisset, ille rex Ziklagam ei tribuit, ubi cum sexcentis viris et duabus uxoribus suis Achinoame et Abigaile sedem fixit (1 Sam. 27, 1—6).

2. וְהָיָה כִּי יָשָׁב דָּוִד מִמִּלְחָמָה וְהָיָה אִמְלֵקִים אֲחֵרֵי הַיָּמִים וְהָיָה דָּוִד מִמִּלְחָמָה וְהָיָה אִמְלֵקִים אֲחֵרֵי הַיָּמִים, LXX ἐκ τοῦ λαοῦ Σαούλ: igitur legerunt מִמִּלְחָמָה. — בְּגָדָיו קָרְעִים וְגַ' *vestes lacerare* (v. 11, Gen. 37, 29. 34, Josv. 7, 6, Job 1, 20. 2, 12 etc.) et *caput pulvere* (עָפָר Josv. 7, 6, Ezech. 27, 30, Job 2, 12, Thr. 2, 10, אֲדָמָה h. l., 1 Sam. 4, 12, 2 Sam. 15, 32) sive cinere (אֲפָרָה Esth. 4, 1) *conspergere* erant indicia luctus.

3. וְהָיָה כִּי יָשָׁב דָּוִד מִמִּלְחָמָה וְהָיָה אִמְלֵקִים אֲחֵרֵי הַיָּמִים וְהָיָה דָּוִד מִמִּלְחָמָה וְהָיָה אִמְלֵקִים אֲחֵרֵי הַיָּמִים, i. q. פָּלַט, lævis, glaber fuit, Niph. *evasit*, Piel et Hiph. liberavit e periculo.

4. וְהָיָה כִּי יָשָׁב דָּוִד מִמִּלְחָמָה וְהָיָה אִמְלֵקִים אֲחֵרֵי הַיָּמִים וְהָיָה דָּוִד מִמִּלְחָמָה וְהָיָה אִמְלֵקִים אֲחֵרֵי הַיָּמִים, h. l. pro בַּי, ὅτι. — צָבָה, λαός, populus, 2) *exercitus, milites*, cfr. Gen. 14, 16, Jud. 5, 2, Ps. 3, 7. —

הַרְבֵּה pr. inf. absol. Hiph. ex רָבָה, sed tantummodo ut nomen: *multus, multi*, et adverb. *multum* usurpatur.

6. נִקְרָא נִקְרִיתִי וְג' *casu quodam v. forte incidi* (LXX περιπτώματι περιέπεσον) *in montem Gilboæ*. — נִקְרָא a קָרָה i. q. קָרָה, occurrit. — נִשְׁעַן עַל-תְּנִיתוֹ *innixus hastæ suæ; vulneribus confectus, auxilio hastæ erectum se tenere tentans*. — בְּעֵלְי הַפָּרָשִׁים, aut *duces equitum*, LXX ἰππάρχαι, aut rectius *equites*, domini equorum; פָּרָשׁ significat et equitem et equum. — הִדְרִיבִיקָהוּ, pr. persequebantur eum i. e. ferme eum assecuti erant.

7. וַיִּפֶן אַחֲרָיו *circumspexit*, LXX ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὰ ὀπίσω αὐτοῦ. פָּנָה *vertit, vertit se, sæpius convertit se spectandi causa*, efr. 2, 20.

9. עָמַד עָלַי *sta contra me* (cfr. form. קָמָה עַל) aut *juxta me* (Gen. 18, 8), LXX ἐπάρω μου. — שָׂבַע, ἅπαξ λεγ., diversissimis modis explicatum est. Sunt, qui *loricam s. chlamydem ocellatam* intelligant, qua tectum regem dicunt, ita ut telum penetrare non potuerit; hi אֶחְזֹקֵי *vertunt detinet me*, et conferunt שָׂבַע cum תִּשְׁבֵּעַ, quod inter vestimenta sacerdotalia refertur Exod. 28, 4. Alii *morbum* vertunt, al. *tremorem*, al. aliter. Maxime probabilis videtur ea explicatio, qua redditur *vertigo*, nam Syr. ܨܘܒܥܐ significat *miscere, confundere* (in vertigine rerum imagines misceri et confundi solent), et adest autoritas vers. Syr., quæ habet ܨܘܒܥܐ , *caligatio, vertigo*, et LXX: σκότος δεινόν, *tenebræ graves*, quod bene intelligitur de vertigine, quoniam tenebræ oculis obversantur, dum vertigine quis corripitur ¹⁾. — אֶחְזֹקֵי, *corripuit me*, LXX

1) Fortasse vera lectio est σχοιόδιμος, *vertigo*, efr. F. S. A. Trendelenburg dissertatio exegetica, qua historia mortis Sauli una cum threno Davidis illustratur, Gottingæ (s. a.)

κατέσχε με, קָחָהּ *prehendit, corripuit*. — $\text{כִּי-כָל-עוֹדִי בְּנַפְשִׁי בִי}$, *nam totus adhuc vivus sum*; עוֹדִי h. l. subst. *duratio*, cfr. Job 27, 3. Eadem phrasis in N. T. Act; 20, 10 occurrit, ubi Paulus de juvene ex tertia contignatione in terram delapso mortuoque credito dicit: ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐν αὐτῷ ἐστιν.

10. בְּנֶצֶחַי pro בְּנֶצְחִי . — בְּנֶצֶחַי , *diademā*, LXX βασιλείον, Aquila, ad etymon respiciens: ἀφόρισμα (rad. נָצַח separavit). — אֶרְמֻלָּהּ , *armilla*, LXX χλιδών (rad. נָצַח gressus est, incessit); præter h. l. tantum legitur Num. 31, 50. — Amalekitam mentiri patet ex 1 Sam. 31, 4 et 1 Chr. 10, 4¹); fingit se Saulum interfecisse, quia sperat, se ob talem cædem magnum præmium a Davide accepturum esse.

11. קָחָהּ , firmus fuit (2, 7), Hiph. קָחָהּ *prehendit*, i. q. קָחָהּ , Gr. κρατεῖν.

12. רָחַץ , *planxit*, pectus tutudit v. percussit (κόπτεσθαι), de externo luctus signo.

14. $\text{לִּבְיָדָי הָיָה הַקֹּדֶשׁ}$; sacrosancta habebatur regis persona, cfr. 1 Sam. 26, 9, ubi David Abisæum Saulum e medio tollere conantem ita alloquitur: „noli eum occidere; quis enim uncto Jehovæ impune manum intulerit?“ 31, 4:

1) Josephus (Antiqu. VI, 14, 7) artificiose utramque narrationem conjungit: μή τολμῶντος τοῦ ὀπλοφόρου κτείνει τὸν δεσπότην, αὐτὸς τὴν ἰδίαν σπασάμενος μάχισσαν, καὶ στήσας ἐπὶ τὴν ἀμυγνὴν, ῥίπτει κατ' αὐτῆς αὐτόν· καὶ μὴ δυνάμενος ὥσασθαι, μηδ' ἐπερείους διαβυλεῖν αὐτοῦ τὸν σιδηρὸν, περιστρέφεται. Καὶ νεανίσκου τινὸς ἐσιῶτος, πυθόμενος τίς εἴη, καὶ μαθὼν ὡς Ἀμυληκίτης ἐστὶ, παρεκάλεσεν ἐπερείσασαυ τὴν ῥομφαίαν, διὰ τὸ μὴ ταῖς χερσὶν αὐτὸν τοῦτο δύνασθαι ποιῆσαι, παρμασχεῖν αὐτῷ τελευτήν, ὅποیان αὐτὸς βούλεται. Ποιήσας δὲ τοῦτο καὶ περιελόμενος τὸν περὶ τὸν βραχίονα αὐτοῦ χρυσοῦν καὶ τὸν βασιλικὸν στέφανον, ἐκ ποδῶν ἐγένετο. Θεασάμενος δ' ὁ ὀπλοφόρος τὸν Σάουλον ἀνηρημένον, ἀπέκτεινεν αὐτόν.

armiger Saulum interficere noluit, *nam timuit valde.* — שָׁחַת, pr. corrumpit, perdidit, h. l. i. q. מוֹחַת v. הָמַח, *interfecit.* — מְשִׁיחַ יְהוָה; *unctus Jehovæ* (LXX ὁ χριστὸς κυρίου) i. e. *rex*, qui unctione Deo consecratur; hæc appellatio in libris Samuelis sæpissime occurrit.

15. פָּגַע-בּוֹ, *irruē in eum* i. e. *confice eum*, cfr. Jud. 8, 21, 1 Reg. 2, 31.

16. הַמִּיָּד עַל-רֵאשִׁיתָהּ¹⁾, *sanguis tuus super caput tuum* (LXX τὸ αἷμά σου ἐπὶ τὴν κεφαλήν σου) i. e. *ipse autor es mortis tuæ, merito moreris*, cfr. Lev. 20, 9, Josv. 2, 19, 1 Reg. 2, 37 et in N. T. Matth. 27, 25. — עָנָה h. l. notionem testandi habet: *os tuum testatum est contra te*; ita Num. 35, 30 עָנָה adhibetur de teste in judicio aliquid affirmante.

David recte Amalekitam, regicidam se professum, interfici jussit, ne homines leve crimen judicarent regis cædem, neque eum supplicio liberare poterat, nisi ipse in sceleris societatem venire videri vellet.

Sectio III.

2 Sam. I, 17—fin. cap.

Nænia Davidis in mortem Sauli et Jonathanis.

17. קָרָן v. קָרַן, in Kal inusit., in Pilel significat lamentari, cantum lugubrem canere, næniam componere (Arab. قَبِيلَةٌ fidicina, cantrix); inde subst. קָרְנָה significat *cantum lugubrem, lamentum, næniam*, Gr. Θρήνος. Apud Syros exstat simile subst. صَدَا, canticum. LXX vertunt ἐθρήνησε τὸν Θρήνον, *lamentatus est lamentum.*

* 1) Cthib הַמִּיָּד (הַמִּיָּד de sanguine effuso), Kri הַמִּיָּד.

18. **וַיִּחַמְדוּ לְלַמֵּד וְגַ'**, locus difficillimus, qui diversissimis explicationibus ansam præbuit. Nonnulli, ex gr. Castellio, J. H. Michaelis, vert. *jussit, ut docerent filios Judæ tractare arcum* pro salute populi, ut discerent Judæi artem sagittariam; sed ex serie orationis apparet, vocem קֶשֶׁת (pr. arcum) de ipso carmine adhiberi; quomodo vero adhibeatur, incertum est. Maxime probabilis est sententia eorum, qui קֶשֶׁת *titulum threni* esse existimant, ita Lowth¹⁾, qui putat, hoc carmen קֶשֶׁת appellatum fuisse vel in memoriam cladis ab hostium sagittariis acceptæ (1 Sam. 31, 3, 1 Chr. 10, 3) vel ex arcu Jonathanis, cujus mentio fit v. 22²⁾; eodem modo Gesenius³⁾: *carmen de arcu*. In aliam sententiam abit J. D. Michaelis⁴⁾, qui קֶשֶׁת a قوس, *mensurare*, derivans, *metrum* i. e. carmen metricè compositum significare censet. LXX קֶשֶׁת omittunt: εἶπε τοῦ διδάξαι τοὺς υἱοὺς Ἰουδα. — סֵפֶר הַיְשָׁרִים, *liber recti* (LXX βιβλίον τοῦ εὐθροῦς, Vulg. *liber justorum*, Luth. „Buch der Redlichen“), liber poëticus Hebræorum deperditus, qui præter h. l. semel citatur, Josv. 10, 13, ubi sermo est de insigni illa victoria, quam Josva ad Gibeonem de quinque Canaanitarum regibus reportavit. Hunc librum collectionem carminum in celebrium virorum insigniumque rerum gestarum memoriam conscriptorum continuisse, ex illis citationibus apparet, ut titulus *librum heroum* significare videa-

1) De sacra poësi Hebræorum prælectiones academicæ Oxonii habitæ; cum notis et epimetris J. D. Michaelis suis animadversionibus adjectis edidit E. F. C. Rosenmüller, Lips. 1815, p. 269.

2) Cfr. in N. T. Marc. 12, 26 et l. p. Luc. 20, 37 ἐπὶ τῆς βίβλου, quò alluditur ad Exod. 3, 2 seqq., ubi sermo est de rubo.

3) Lexic. man. Hebr. et Chald., p. 911.

4) In libro cit. Lowthi p. 573.

tur. Multi סֵפֶר הַנְּשִׁירִים vertunt *librum carminum*, referentes יִשְׂרָאֵל ad rad. נָשִׂיר, *canere*; ita Lowth, qui putat, eum habuisse titulum ex eo, quod et ipse liber et singula pleraque cantica cum voce נְשִׁירִים inciperent, quum moris esset veteribus Hebræis libros suos ex prima cujusque voce inscribere, J. D. Michaelis, Hasse¹⁾, Dathe, et inter antiquos interpretes Syrus, qui in I. Josvæ hunc titulum reddidit per *סֵפֶר הַנְּשִׁירִים*, liber carminum.

19. Elegantissimum carmen funebre, quod jam sequitur, videtur David statim primo doloris sensu obrutus composuisse. Pertinet ad pulcherrima poemata V. T., et semper magni æstimatum fuit. — הַנְּשִׁירִים יִשְׂרָאֵל עַל-בְּמוֹתָיָהּ הַגָּלִל; dissentiunt interpretes et de significatione vocis נְשִׁירִים et de constructione verborum. נְשִׁירִים est 1) *ornamentum, decus*, 2) *caprea, δορξάς*, a formæ pulchritudine dicta, Arab. ظَبْيٌ, Syr. نُبْصًا, Chald. נַבְּרָא, unde nom. pr. Ταβιθά (Act. 9, 36). Nonnulli priori significatu vocem accipiunt (Vulg. *inclyti*, Luth. „die Edelstein“), sed plerique posteriori, et quidem rectius, quum heroes in libris V. T. vel in prosaico stylo cum capreis (נְשִׁירִים) comparentur, imprimis ob agilitatem corporis, cfr. 2, 18, I Chr. 12, 8. Jonathanem innui patet ex v. 25. Quod constructionem verborum attinet, nonnulli vertunt: *caprea Israelis super excelsis tuis confossa*, sed tum secundum regulas grammaticas נְשִׁירִים in statu constructo positum ה demonstrativum præfixum habere non posset. J. D. Michaelis ה interrogative h. l. sumendum esse et vocem sine Dag. forti הַנְּשִׁירִים punctandam statuit, vertens: „ist daß Neh Israëls auf deinen Höhen verwundet?“²⁾ sed languidus est sensus, qui sic efficitur,

1) *Zbiognomif Davids, Jena 1784, p. 67.*

2) *Deutsche Uebersetzung des A. T. 5 Th. 2te Hälfte, p. 82.*

initio carminis fervoris pleni. Præferenda videtur sententia eorum, qui יִשְׂרָאֵל a הַצְּבִי separant, vertentes: *caprea, o Israel, super excelsis tuis confossa est*. Inter antiquas versiones LXX habent: στήλωσον (statuam erige) $\text{Ἰσραὴλ ὑπὲρ τῶν τεθυνηκότων ἐπὶ τὰ ὕψη σου τραυματιῶν}$ videntur igitur pro הַצְּבִי legisse הִצְבִּי (imp. Hiph. ex צב s. יצב , Hiph. *collocavit, erexit*, quod sæpius vertunt στηλοῦν), et quod verba sequentia attinet, facile apparet, duplicem verborum על-במותיה versionem exhibitam esse; ἐπὶ τὰ ὕψη σου videtur vera lectio esse, et altera ex Aquilæ fortasse versione textui illata, qui habet: $\text{ἀκρίβασον Ἰσραὴλ περὶ τῶν τεθυνηκότων σου τραυματιῶν}$ ¹⁾. Ex verbo ἀκρίβασον apparet, Aquilam quoque legisse הַצְּבִי , nam יצב Chaldæis significat *vero insistere, verum cognoscere*, unde יִצְבִּיבָא , veritas, ἀκρίβεια (Dan. 7, 16). Ex hac versione etiam haud dubie ortum est assumentum illud, quod in Vulg: legitur: *considera, Israel, pro his, qui mortui sunt super excelsa tua vulnerati*, nam mox sequitur vera verborum versio: *inclyti, Israel, super montes tuos interfecti sunt*. — אֵיכָה v. אֵיכָה , quomodo, *πῶς*; sæpe est dolentis: *eheu*, ut nostrum הוֹוֹר , cfr. Jes. 1, 21, Jer. 9, 18, Ezech. 26, 17, Ps. 73, 19, Thr. 1, 1. 2, 1. 4, 1. 2, Eccl. 2, 16.

20. נָא et אֲשַׁקְלֶנָּה insignes Philistæorum urbes erant, h. l. pro tota Philistæa positæ; jubet poëta, ne infortunii nuntium ad Philistæos pervenire sinant, et causam addit in posteriori v. hemistichio. Sic eleganter exprimit simplicem illam sententiam, hostes de clade et calamitate Israelitarum gavisuros esse. Similia verba exstant Micha 1, 10. — עָלֶי i. q. עָלַי (Ps. 5, 12. 9, 3), עָלַם (Job 20, 18), רָנַן et אֵיל ,

1) Vertit, ac si scriptum esset על-מתייה , referens במותיה ad מות , mori.

jubilavit, exsultavit, Gr. ἀγαλλιᾶσθαι. — עָרְלִים, præputiati ἀπεριτμητοί, præcedenti פְּלִשְׁתִּים respondet, cum contemptu positum, ita etiam 1 Sam. 31, 4 et 1. p. 1 Chr. 10, 4, Jud. 14, 3.

21. הָרֵי גִלְבֹּעַי, *montes Gilboæ*; adest anomalia grammatica; status constructus nempe insolita ratione cum בַּ conjunctus est; ita etiam Jud. 5, 15 in cantico Deborah עָרֵי בְּנֵי שִׁשַׁר, principes Issacharitarum. — אֲלֵי-עַל, *ne ros*, subintelligendum est *descendat*, quod LXX addunt: μὴ καταβάτω δρόσος. — עָרֵי הָרִוּמוֹת diversis modis interpretes sumunt. הָרִוּמוֹת derivatur a רוּם, altum esse, Hiph. attollere, elevare, exaltare, 2) munera, sacrificia *offerre*, unde significat *donum, oblationem* 1). Nonnulli intelligunt עָרֵי הָרִוּמוֹת de *agris sacris*, quos coli nefas erat, et putant, hos agros ita vocari, quia David eos steriles fieri juberet, ita J. D. Michaelis, qui vertit „ihz verbannten Aecker“ (eodem sensu Syrus interpres مَقَاتِلٌ مُفْرَقَةٌ, *agri separati*, quem sequitur Arabs). Alii, ad primam notionem radice respicientes, vertunt: *agri excelsitatum* i. e. agri excelsi, stantentes, *locum proelii* designari, quum in montibus conflictum sit, ita Hasse (Zbiognom. Davids, p. 70): „hohe Gefilde des Streits“; provocant ad Jud. 5, 18, ubi similis dictio מְרוֹמֵי שָׂדֵה occurrit, de proelii loco intelligenda, et conferunt verba nostra cum præced. הָרִים et בְּמִוֹת. Sed מְרוֹמֵי תְּרוּמָה alias semper significat donum (Prov. 29, 4 אִישׁ תְּרוּמָה, vir munera amans), et imprimis usurpatur de oblationibus sacris (Exod. 25, 2 seq. 30, 13 s. Lev. 7, 32. 22, 12, Num. 15, 19 s.), quare vertendum videtur: *agri oblatio-*

1) Cfr. vocem עָלָה, sacrificium, holocaustum, ab עָלָה, ascendit, Hiph. ascendere fecit, sustulit, obtulit.

num i. e. agri frugiferi, fertiles¹⁾ (LXX ἀγροὶ ἀπαρχῶν, Vulg. *agri primitiarum*, Luth. „Aecker, da Heboffer von fommen,“ J. H. Michaelis, Dathe, Gesen., Rosenmüller¹⁾); ita etiam nexui optime consulitur²⁾: fertilitas, qua antea gavisii sunt hi agri, opponitur sterilitati, quam David iis imprecatur. Rationem, cur montibus infausta precetur, statim addit: כִּי טָם נִגְעַל מִן גְּבוּרֵיהֶם. נִגְעַל significat *fastidire*, 2) cum fastidio abjicere, respuere: *ibi abjectus est clypeus heroum* (LXX ἐξεί προσωχθίσθη θυρεὸς δυνατῶν, Vulg., Luth. „daselbst ist den Helden ihr Schild abgeschlagen“, J. D. Michael. „hier sank der Helden Schild zu Boden“, Dathe, Gesenius); alii ad notionem respicientes, quam habet hæc radix in dialecto Chald., reddunt נִגְעַל *foedatus, pollutus est*, ex qua interpretatione autor immueret aut pollutionem scutis per manus Philistæorum illatam (Hasse) aut vim regi ab Amalekita inflictam (Trendelenburg). — בָּלִי מְשִׁיחַ בַּשָּׁמֶן; בָּלִי pr. est substant. consumptio, interitus, defectus (Jes. 38, 17, Ps. 72, 7); hinc adverb. *non*, i. q. אֵין. Subintelligendum est בָּ comparat., quod interdum omittitur (cfr. Hos. 7, 8), et vertendum: *quasi non esset unctus oleo* (Vulg.); referri possunt verba et ad Saulum, ut sensus sit: *ac si unus e vulgo, neque rex, vicarius Jehovæ esset, neque persona ejus sacrosancta*, et ad clypeum (LXX θυρεὸς Σαουλ οὐκ ἐχρίσθη ἐν ἐλαίῳ); solebant enim Orientales scuta ex corio facta ungere, ne fatiscerent, cujus moris mentio facta est Jes. 21, 5, eamque unctionem vulgus in religionem traxisse videtur, ac si ea clypei sacraerentur³⁾.

1) Lowth de sacra poësi Hebræorum, ed. Rosenmüller, p. 574.

2) Coniungendum est הָרֵי גִבְעֹת בְּנִגְעָם: הָרֵי בְּנִגְעָם: *montes Gilboæ, agri fertiles!*

3) Cfr. notam Michaelis in l. cit. Lowthi p. 576.

Explicandi rationes, quas proposuit Hasse (Idiognomis David's), בָּלִי aut legendum esse בָּלִי pro בָּלִי, *proijci, annihilari*, aut compositum esse ex בָּ et לִי, *mihī* („Saul's Schild des mir Gefalbtē mit Del^o“), dubito cuiquam probari ¹⁾.

22. Postquam vates in præcedentibus doloris sui sensus exposuit, in h. v. transit ad laudes defunctorum prædicandas. — מְדַם הַלְלִים וּג' ; laudatur *virtus* Sauli et Jonathanis, quorum tela emissa sine cæde non reverterentur. — רִיקָם ad utrumque v. membrum pertinet. — טַיַג i. q. שׁוּג, recedere.

23. נִאֲחָדִים, *amabiles* (Vulg.), LXX ἠγαπημένοι, v. *se invicem amantes*. — נְעִימִים, *suaves v. amoeni, ὠραῖοι*, i. e. suavissima amicitia juncti; adj. נְעִים ex נָעַם, *suavis, amoenus, jucundus fuit*. — Sensus h. v. est, Saulum et Jonathanem, dum viverent, se invicem amantes, neque morientes separatos esse. Aliam interpretandi rationem proposuit Hasse, qui putavit, נִאֲחָדִים et נְעִימִים non indicare, eos se invicem amasse, sed ab aliis dilectos esse, et non copulativum, sed adversativum esse, et נִפְרָדִים significare *distingui a ceteris*, igitur לֹא נִפְרָדִים: *morte vulgari ideoque turpi perierunt*; vertit: „Lebend war't Ihr geliebt, im Tode geschändet“. Sed dura sane est hæc facillimorum verborum explicatio. — מְנַשְׂרִים קָלִים; *velocitas heroum modo comparatur cum pernecitate cervorum v. caprearum* (v. 19), modo cum celeritate *aquilarum*, cfr. Thr. 4, 19.

24. בְּמִתָּה יִשְׁרָאֵל וּג' ; *provocantur virgines ad Saulum mor-*

1) Ex conjectura *Venemæ* pro בָּלִי legendum est בָּלִי, quò verbo optimus sensus efficitur: *clypeus Sauli, arma uncti*, sed nulla antiquarum versionum hanc lectionem exprimit.

tuum deplorandum, quem victorem antea cecinerant (1 Sam. 18, 6), quod is jam hostium manibus occubisset, qui alias ex hostium præda mulieres donis pretiosis ornare solebat. — שָׁנִי, coccus, h. l. *vestes coccineæ*. שְׁנֵיטִים (Gr. ἡδονή) *deliciae*, præter h. l. tantum occurrit Ps. 36, 9; forma sing. שְׁנֵיטִי est nom. pr. regionis, in qua primi homines versabantur (Gen. 2, 8 seqq.) שְׁנֵיטִי עִם-שְׁנֵיטִים, ἐν διὰ δυοῖν: *vestes coccineæ et molles* s. *pretiosæ*, nam Arab. عَدَنٌ et عَدْنَةٌ *mollities* est. LXX vertunt μετὰ κόσμον ὑμῶν, quare probabile est, eos legisse עִם-שְׁנֵיטִים, præsertim quum עֲרִי זָהָב, quod statim sequitur, *κόσμον χρυσοῦν* reddant. — עֲרִי, *ornatus*, ex עָרָה, 1) transiit (unde עֲרִי Ps. 103, 5 significat senectutem), 2) transire fecit, induit ornatum, ornavit se.

25. אֵיךָ נִפְלְאָה גְבוּרִים; hæc periodus intercalaris s. ἐπιφθῆ, quæ in carminis initio et fine exstat, et hic in medio interjicitur, cum elegiæ natura, ut Lowth observavit, valde congruit; siquidem amat luctus querimoniis suis immorari easdemque identidem repetere et instaurare.

26. צָר-לִי עֲלֶיךָ, pr. *angustum est mihi de te* (צָר 1) pressit, 2) angustus fuit) i. e. dolore crucior, vehementer doleo de te, LXX ἀλγῶ ἐπὶ σοὶ. Metaphora illa, omnibus linguis communis, qua per amplum spatium læta et felix, per angustum vero spatium tristis et infelix hominis conditio exprimitur, in libris V. T. sæpissime occurrit. — נִעְמָתָה לִי, pr. *suavis mihi fuisti*, i. e. te ardentem dilexi, cfr. 1 Sam. 18, 1—4. — פְּלֵאָה Niph. *singularis, insignis fuit*, h. l. de insigni amore; נִפְלְאָה pro נִפְלְאָה, cfr. Josv. 6, 17 הַחַיָּהּ pro הַחַיָּהּ. — אֲהַבָּתָה נְשִׁים; de quonam mulierum amore hic sermo sit, facile apparet; quare absonum est additamentum, quod Vulg. habet: *sicut mater unicum amat filium suum, ita ego te diligebam*.

27. *וַיִּפְּחוּ אֶת הַיָּדַיִם*, interiorunt s. fusa jacent. — *בְּלֵי מִלְחָמָה*, LXX
σχεύη πολεμικά, arma bellica ¹⁾).

¹⁾ *Rob. Lowth* (de sacra poësi Hebr.) elegiam Davidicam pulcherrime hisce versibus expressit:

*Ergone magnanimi heroes, decus Israelis,
 Proh dolor! in patriis occubuere jugis?
 Fama Philistæas ah! ne pertingat ad urbes,
 Neu Gatham tantæ nuntia cladis eat;
 Hostis ut invisos agitet sine more triumphos,
 Judaicisque nurus barbara lata malis.
 Triste solum, Gilboa! tuis ne in montibus unquam
 Vel ros vel pluviae decidat imber aqua!
 Nulla ferat primos aris tua messis honores;
 De grege lecta tuo victima nulla cadat!
 Qua scuta heroum, qua Sauli parma relicta est,
 Necquiequam heu! sacrum cui caput unxit onyx.
 Non sine cæde virum Sauli prius hasta redibat;
 Non Jonathani expers sanguinis arcus erat:
 Nobile par, quos junxit amor, quos gloria junxit,
 Unaque nunc fato jungit acerba dies.
 Ut celeres vicere aquilas validosque leones,
 Viribus et cursu bella ciere pares!
 At vos, Isacides, Saulum lugete, puellæ,
 Qui dites vobis rettulit exuvias;
 Qui collo gemmas, qui textile vestibus aurum,
 Coccina qui Tyria tincta bis arte dedit.
 Heu quianam heroum bello perit irrita virtus!
 Montibus in patriis, ah Jonathane, jaces!
 Tu mihi, tu æterno flendus, Jonathane, dolore
 Occidis, heu misero frater adempte mihi!
 Heu pictas, heu rata fides et dulcia fesso
 Alloquia, heu sanctæ foedus amicitiae!
 Quæ mihi in adversis tulerat nova gaudia rebus;
 Gaudia, foemineus, quæ dare nescit amor.
 Proh dolor! heu quianam duro in certamine belli
 Fracta virum virtus, irritaque arma jacent!*

Sectio IV.

2 Sam. II, 1—11.

David a tribu Judæ, Isbosethus vero, Sauli filius, autore Abnero a ceteris tribubus rex creatur.

1. וַיִּשָּׂאֵל יְהוָה בְּיְהוָה; David, qui jamdudum a Samuele rex designatus et unctus erat (1 Sam. 16, 12. 13), sed Saulo regnum eripere noluerat, nunc, eo mortuo, de regno capessendo cogitavit, ne duce ac defensore populus destitutus esset, sed pie cavuit, ne hoc Jehova inconsulto faceret. וַיִּשָּׂאֵל בְּיְהוָה i. q. הִרְשָׁ בְּיְהוָה, Jehovam consuluit, cfr. 5, 19. 23. — הַבְּרוֹן (i. e. conjunctio, unio, ex הָבַר, conjunxit, vinxit), urbs antiqua in tribu Judæ sita¹⁾, prius קְרִית אַרְבַּע dicta, insignis commoratione et sepulcris patriarcharum (Gen. 13, 18. 23, 2. 25, 9. 35, 27. 50, 13). A Josva Canaanitis erepta (Josv. 10, 36) oppidum asyli facta est (Josv. 20, 7) et sacerdotibus concessa (Josv. 21, 11). Hebron erat urbs regia Davidis, usque dum Hierosolyma expugnata essent. Hodie vocatur *El Khalil* (الْخَلِيلُ)²⁾.

4. וַיִּמָּשְׁחוּ וְגו', unxerunt viri tribus Judæ Davidem, ut postea reliqui Israelitæ (5, 3); sic confirmarunt primam ejus unctionem. — בֵּית יְהוּדָה; בֵּית, οἶκος, domus, familia, h. l. pro שָׁבֵט s. מִשְׁפָּחָה, φυλή, tribus. Minime reliquas tribus excluserunt, sed exemplo suo ad obsequium regi legitimo præstandum invitarunt.


1) Aberat 22 milliariibus (4½ geogr. Meil) meridiem versus ab Hierosolymis.

2) Significat hoc nomen *amicum*, sc. Dei, i. e. Abrahamum; medio ævo etiam appellata est urbs *Sanctum Abrahamium*. Cfr. *Hadr. Relandi* *Palæstina*, Norimb. 1716, p. 527, *Wiener Bibl. Realwörterb.*, I p. 557, *K. v. *Raumer* *Palästina*, Leipzig. 1835, p. 136.

5. מְלִאֲכָד (rad. מִלֵּךְ, Arab. مَلَّأ legavit, misit), ἄγγελος, significat 1) *legatum, nuntium*, ita h. l., 3, 12. 14. 26. 5, 11, Gen. 32, 4, 1 Sam. 11, 3, Job 1, 14 etc., 2) *nuntium Dei, angelum*, qua notione sæpissime occurrit.

6. יְעִשֵׂה-הַסֵּד הַחַיִּים רַגִּי; sensus: Jehova hoc pietatis officium vobis rependat. — הַסֵּד הַחַיִּים, ἐν διὰ δυοῖν: *benignitas constans*, LXX ἔλεος καὶ ἀλήθεια (cfr. in N. T. χάρις καὶ ἀλήθεια, Joh. 1, 14). Frequenter occurrit phrasis עָשָׂה הַסֵּד הַחַיִּים עִי, benevolentiam sinceram alicui exhibere, et de Deo (ut h. l.) et de hominibus (Gen. 24, 49. 47, 29, Josv. 2, 14).

8. מַחַנְיָהוּ (i. e. castra), oppidum trans Jordanem, in confiniis Gaditarum et Manassitarum ad borealem plagam fluminis Jabbok situm. Erat unum ex oppidis Levitarum. De origine nominis v. Gen. 32, 3.

9. מְלִיכָהוּ, regnavit, Hiph. regem constituit. — אֲשֶׁרֵי vulgo intelligitur de *tribu Aseris*, ut sit i. q. אֲשֶׁרֵי (Jud. 1, 32). Syrus habet  et Vulg. *Gessuri*, quos sequitur J. D. Michaelis; LXX Θασιρί. Gesenius confert אֲשֶׁרֵי cum אֲשֶׁרֵי, gente Arabica Gen. 25, 3 nominata. — יִצְחָקֵי v. יִצְחָקֵי (i. e. Deus plantavit), oppidum Issacharitarum, postea Ἴσδραήλα, Stradela nuncupatum, in magna planitie situm, quæ inde dicebatur יִצְחָקֵי עַמָּה (Josv. 17, 16, Jud. 6, 33, Hos. 1, 5), postea Ἴσδραήλων (Judith 4, 5) s. Ἴσδραήλωμ (Judith 1, 8: τὸ μέγα πεδῖον E.), et quæ h. l. intelligenda videtur¹⁾. Jesreele erat regia Achabi et successorum ejus,

1) Insignis est planities Jësreeleis multis proeliis; in ea Sisera a Barako victus est (Jud. 4, 12 seqq.), Midianitæ et Amalekitæ a Gideone fugati sunt (Jud. 6, 33 seqq.), Israelitæ castra posuerunt prope Jësreelem ante proclium in monte Gilboæ commissum (1 Sam. 29, 1), Achabus Benhadadum regem Syrorum profligavit juxta Aphékam (1 Reg. 20, 26 seqq.), Josias

cfr. 1 Reg. 18, 45, 21, 1. 2 Reg. 8, 29, 9, 15. — וְיִשְׂרָאֵל כֻּלָּהּ, excepta tribu Judæ.

Sectio V.

2 Sam. 2, 12—fin. cap.

Bellum oritur inter Davidem et Isbosethum; Abner occidit Asaelem, fratrem Joabi, sed milites ejus in proelio fugantur.

12. וַיֵּצֵא אַבְנֵר, Abner, non eo contentus, quod Isbosethus, consanguineus ipsius, rex undecim tribuum factus erat, ultro Davidem lacessivit, regnum quoque tribus Judæ ei eripere studens. — מִלִּיטִים, h. l. *milites*, ita etiam v. 13, 15, 3, 22, 8, 7, 11, 1, 15, 18. — גִּבְעוֹן, oppidum sacerdotale in tribu Benjaminis, distinguendum ab oppidis Geba (גִּבְעָה) et Gibeon (גִּבְעוֹן), in eadem tribu sitis. Gesenius (Lex. p. 193) dicit, Gibeonem a septentrionali utriusque hujus oppidi parte sitam fuisse, sed, quum fines regni Judæ per formulam עַד בְּאֵר-שָׁבַע indicentur (2 Reg. 23, 8), videtur Geba limes hujus regni ad septentrionem fuisse, uti Beerseba ad meridiem. Davide et Salomone regnantibus tabernaculum sacrum Gibeone fuit, cfr. 1 Chr. 16, 39, 21, 29, 2 Chr. 1, 3, 13, 1 Reg. 3, 4.

13. וַיֵּרָאֵב רִגְלֵי, egressus est Joabus ad defendendos regni

occisus et Judæi a Nechone victi sunt ad Megiddo (2 Reg. 23, 29, 2 Chr. 35, 22); in eadem planitie Bonaparte 1799 magnam victoriam de Turcis reportavit. Fluvius Kison, qui in Tabore monte ortus in sinum Ptolemaidis effunditur, campum Esdrelon perlabitur. Ceterum cfr. *Relandi Palestina*, ed. Norimb. p. 269 seqq., *Wiener Bibl. Realwörterb.*, 1 p. 684, *Raumer Palästina*, p. 33.

terminos et observanda molimina hostium. — צרויה, mater Joabi, Abisæi et Asaelis (v. 18), erat soror Davidis (1 Chr. 2, 16).

14. וַיִּשְׁחָקוּ לְפָנֵינוּ, *ludant ante nos s. præludent nobis*, de levi velitatione.


15. בְּמִסְפָּר, pari numero.

16. הַקֶּלֶחַ הַצָּרִיִּים, *ager*¹⁾ *petrarum*, a viris petrarum instar immobilibus dictus; al. *ager gladiatorum*²⁾.

18. קָלַ בְּרַגְלָיו וְגַ', cfr. 1, 19.

19. נָטָה, 1) extendit, 2) inclinavit, 3) *declinavit, deflexit* ad latus, i. q. סוּר.

21. נָטָה לְפָנָיו וְגַ', monet Abner eum sibi imparem esse, et jubet eum parem sibi quærere. — הַלְיָצָה (ex הַלַּץ, extractit, exuit) *exuvia*, quæ homini occiso detrahuntur, LXX *πανοπλία*.

23. הַמָּח, h. l. i. q. דָּקַר v. הַלֵּל, *perfolit*. — הַמָּשׁ, Syr. , *inguen* (Vulg.) v. *abdomen*, LXX *ψόα*; aliis est *quinta costa* (ex הַמָּשׁ, quinque). Occurrit præter h. l. 3, 27. 4, 6. 20, 10. — הַתְּחִיבֵהוּ (תְּחִיבוֹתָיו, Kri תְּחִיבוֹתָיו), *in eodem loco*, Michael. „auf der Stelle“, cfr. Exod. 16, 29. — כָּל-הַמָּחָה וְגַ', quicumque veniebant de exercitu Joabi, quem præcesserat Asael, dolore commoti consistebant.

24. גִּיּוֹחַ, nom. pr., quod significat *eruptionem*, sc. fontis (ex גִּיּוֹחַ v. גִּיּוֹחַ, prorupit). — דֶּרֶךְ, via; in accus. sequ. gen. loci habet vim præpositionis: in via, quæ ducit ad, *versus*, ut Germ. gen, gegen pro nach der Gegend von³⁾.

1) הַקֶּלֶחַ, pars, portio, spec. pars agri.

2) צוּרֵי הַרְבֵּי, pr. rupes, habet notionem *aciei* Ps. 89, 41 (צוּרֵי הַרְבֵּי, acies gladii) et haud dubie etiam Josv. 5, 2. 3 (הַרְבֵּי צוּרֵי, cultri acierum i. e. acuti), cfr. צוּרֵי Exod. 4, 25.

3) Cfr. *Gesenii Lex. man.* p. 257.

25. אָגָדָה (rad. Chald. אָגַר ligavit) 1) nodus, vinculum, 2) turma, cohors, agmen.

26. הָאֵבֶל יִחַרְבֶּנּוּ, gladius comedet i. e. vastabit, sæviet, ἡ ζομφαία καταφάγεται, cfr. 18, 8; poëtice os gladio tribuitur ad vim ejus delendi indicandam, unde form. חָרַב פִּיּוֹחַ (Prov. 5, 4), μάχαιρα δίστομος (Hebr. 4, 12). Per eandem metaphoram verbum אֵבֶל etiam de aliis inanimatis, ex. gr. de igne, fame, morbo, sæpissime usurpatur. — בִּי-מֵרָחַב תִּהְיֶה בְּאַחֲרֵינָהּ, exacerbatationem fore in extremo, Michael. „daß man zuletzt aus Verzweiflung sicht“; monet A., desperationem hostium victorum periculosam esse victoribus. מֵרָחַב (rad. מָרַח), amarus, acerbus, πικρός, sæpe metaphor. מֵרָחַב נֶפֶשׁ, designans et moerorem et iram, ferocitatem, cfr. 17, 8, Jud. 18, 25. — עַד-מָתַי לֹא-תִאמַר, quamdiu non jubebis? i. e. quando tandem jubebis?

27. הוֹי אֱלֹהִים, vivit Deus, i. e. per vitam Dei, per Deum immortalem, formula jurandi, quæ frequenter occurrit. — לֹא-לִי דַבַּרְתָּ, nisi dixisses, sc. quod dixisti, nisi nos ad pugnam provocasses (v. 14). — מִמֵּאחֲרַי אָחִיוֹ, a persecuendo fratre suo, i. e. neque fratres suos persecutus esset.

28. וַיִּתְּקַע בְּשׁוֹפָר, tuba signum dedit, receptui cecinit, cfr. 18, 16. 20, 22.

29. עֲרֵבָה (rad. עָרַב i. q. חָרַב, aridus, sterilis fuit, unde etiam עָרַב, عَرَب, nomen Arabiæ, ab ariditate et sterilitate dictæ), regio arida, desertum. Cum artic. הָעֲרֵבָה est planities illa sterilis (ἡ ἄρημος τῆς Ἰουδαίας, Matth. 3, 1), sale plena, per quam Jordanes in mare mortuum (ים הַמֵּת, mare deserti, Dent. 3, 17. 4, 49 etc.) defluit; et quæ ultra finem australem hujus lacus usque ad sinum Ælaniticum continuatur, ex utraque parte montibus asperis inclusa. Hodie dicitur El Ghor (الغور) i. e. vallis. — בְּתֵרוֹן, ἄπ. λεγ., ex בְּתָר, dissecuit (Gen. 15, 10): regio montibus

vallibusque *dissecta*, *κοιλωμα*; videtur esse nom. pr. a natura loci petatum, cfr. Cant. 2, 17 *הָרִי-בְּהָרִי*.

30. *נִפְקְדוּ*, et desiderati sunt.

32. *נִבְאָר*, fut. Niph. ex *אִיר*, illuxit.

Sectio VI

2 Sam. cap. III.

Durante bello Davidem inter et Isboethum hic Abnerum offendit, qui propterea cum Davide de regno in eum transferendo agit, sed, antequam hoc perficere potest, a Joabo insidiosè interficitur, quod factum David vehementer improbat.

1. *הִלְךָ הִלְךָ*; *הִלְךָ*, ivit, 2) processit, progressus est, incrementa cepit; ita sæpe cum alia voce conjungitur ad significandum, actionem, quam hæc indicet, continue procedere; igitur pr. *procedebat et invalescebat* i. e. magis magisque invalescebat, cfr. 5, 10, 18, 25, Gen. 8, 3, 12, 9, 26, 13, Jud. 4, 24, 1 Sam. 2, 26, 17, 41, Esth. 9, 4 etc. — *הִלְכִים וְהִלְכִים*, magis magisque tenues fiebant i. e. indies atterebantur, cfr. Jud. 6, 6.

V. 2—5 seriem narrationis dirumpunt, *nomina filiorum Davidis Hebrone natorum* continentis. Conferendi sunt cum 1 Chr. 3, 1—4. *וְהִלְכָה*, Cthib *וְהִלְכָה*, præf. Pual (v. 5), Kri *וְהִלְכָה*; *וְהִלְכָה* et in Niph. et in Pual significat *nasci*.

3. *מִשְׁנָה* (ex *שָׁנָה*, iteravit), ordo secundus, locus secundus, 2) concr. *qui secundum locum tenet, secundus*, impr. filius natu secundus, cfr. 1 Sam. 8, 2, 17, 13.

6. Filium narrationis de bello Davidi cum Isboetho intercedente autor resumit. — *וְהִתְחַזַּק*, pr. confirmavit se, 2) sequ. *בָּ v. עָם*: strenuum se gessit pro, *adjuvabat, tuebatur*, cfr. 1 Chr. 11, 10, Dau. 10, 21.

7. פִּלְגֶשֶׁת v. פִּלְגֶשֶׁת, *πάλλαξ* v. *παλλαγή*, *pellex, concubina*.
רָצַפָה præter h. l. commemoratur 21, 8 seqq.

8. תָּרַח, *arsit*, semper de ira: תָּרַח אַפּוֹ et, omisso אַפּוֹ,
תָּרַח לוֹ, *exarsit ei (ira), iratus est*. — תָּרַאשׁ פְּלֶב אֲנֹכִי וּג' *num caput canis sum, ad tribum Judæ pertinens? i. e.*
ita mecum agis, ac si essem homo non majoris pretii,
quam est caput canis, et quasi infestissimus hostis tuus
sim, quales sunt viri tribus Judæ, quum tamen longe aliud
de te et domo tua meruerim. — תִּיּוֹם אֶעֱשֶׂה-הֶסֶד וּג' usque
ad hunc diem benevolentiam præstiti familiæ Sauli. —
אֶל, h. l. i. q. עָא, *erga*. — מֵרַע, i. q. רַע, *amicus, so-*
cicus (Gen. 26, 26). — מֵצָא, *pertingit, pervenit, Hiph. per-*
venire facere, et sequi. בָּרַד *tradere*. — וַתִּתְּקַדַּר עָלַי עֵינַי הָאִשָּׁה *tu imputas mihi peccatum cum ista muliere commissum.*

9. כֹּה וַעֲשֶׂה-לִּי אֱלֹהִים זָכַח יוֹסִיף, formula jurandi, cujus
vis est: *Deus me puniat* (pr. ita faciat mihi Deus, et ita
addat), cfr. v. 35. 19, 14. 1 Sam. 14. 44, Ruth 1, 17. —
בִּי-כֵן, *sic inquam*.

10. תִּעָבְרֵי הַמַּמְלָכָה i. q. תִּסָּב הַמַּלְכוּתָה 1 Chr. 10, 14:
transferre regnum. — עַל-יִשְׂרָאֵל וְעַל-יְהוּדָה, *in Israelem et*
Judam, i. e. in universum populum. — יְדֵן, *urbs in borealibus*
Palæstinæ finibus prope fontes Jordanis sita, quatuor millia-
ribus a Paneade (Cæsarea Philippi) distans. Nomen habuit
a colonia Danitarum, quæ eam extruxit loco antiquioris
urbis לִישׁ s. לִישׁ, ab iis deletæ (Josv. 19, 47, Jud. 18, 27—29).
Sæpe ponitur tanquam extremus terminus Palæstinæ sep-
tentrionem versus. — בְּאֵר שֶׁבַע (i. e. puteus jurisjurandi),
oppidum antiquum in australibus Judææ finibus situm. De
origine nominis v. Gen. 21, 31. *Termini totius Palæstinæ*
describuntur per יְדֵן וְעַד-בְּאֵר שֶׁבַע (cfr. 17, 11, Jud. 20, 1,
1 Sam. 3, 20, 1 Chr. 21, 2, 2 Chr. 30, 5), fines regni Judæ

per מִבְּאֵר שָׁבַע עַד-הָר אֶפְרַיִם (2 Reg. 23, 8) s. מִבְּעַע עַד-בְּאֵר שָׁבַע (2 Chr. 19, 4).

11. לֹא-יָבֵל, *non potuit* i. e. non ausus est. — שׁוּב, redire, Hiph. redire facere, *reducere*, 2) reddere alicui aliquid (Gen. 20, 14); הֵשִׁיב דְּבַר, *verbum reddere*, *respondere*, constr. cum acc. pers., ut עָנָה. — מִיָּרְאָתוֹ אֹתוֹ, *quia eum metuebat*; noverat enim viri potentiam et audaciam.

12. תַּחֲתָיו, *loco sui* i. e. suo nomine. — לְמִי-אָרֶץ, *cujus est terra?* i. e. tua est terra propter divinam illam unctionem. — לְאֹמֵר, qui porro dicerent.

13. שׁוּב, bene, *καλῶς*.

14. אָרַשׁ in Kal inusit., Piel אָרַשׁ desponsavit; אָרַשׁ לָהּ — בְּמֵאָה עָרְלוֹת, pretio centum præputiorum Philistæorum, cfr. 1 Sam. 18, 25.

15. נִקְחָהּ מֵעַם אִישׁ, recepit eam a marito ejus; אִישׁ pro אִישָׁה. — פִּלְטֵי פִלְטֵיָאֵל, dicitur 1 Sam. 25, 44.

16. בְּהָרִים, oppidulum Benjaminitarum; commemoratur etiam 16, 5. 17, 18. 19, 17.

17. נִדְבַר אֲבִנֵר, *locutus est Abner* pro יְדַבֵּר אֲבִנֵר הִנֵּה, *locutus est Abner cum senioribus populi*. — גַּם-תְּמוּל גַּם-שְׁלֹשָׁה, et heri et nudius tertius, i. e. jamdudum, LXX *χθὲς καὶ τρίτην* sc. *ἡμέραν*.

18. אֵל, h. l. haud dubie *de*, LXX *περὶ*, cfr. Gen. 20, 2, Ps. 2, 7. — אֲשִׁיעַ pro הוֹשִׁיעַ, *servabo*.

19. נִדְבַר גַּם-אֲבִנֵר וְגַ', *locutus est etiam cum Benjaminitis, quos præ ceteris domui Sauli favere sciebat*, cfr. 1 Chr. 12, 29. — לְדַבֵּר בְּאָזְנֵי דָוִד וְגַ', *ad exponendum Davidi, quid placeret Israelitis*.

21. אֲשֶׁר-תִּחְשָׁד, *quod desideras*, cfr. 1 Reg. 11, 37. אָחָה (rad. אָחָה in Kal inusit.) expetiit, desideravit, Gr. *ἐπιθυμῆν*, vulgo נָפֶשׁ subjectum habet. נַפְשְׁךָ, *anima tua*, pro אָחָה; נָפֶשׁ cum suff. indicat ipsam personam, cfr. Ps. 3, 3.

7, 3. 6 etc. — וַיִּשְׁלַח, *et dimisit*; שָׁלַח in Piel sæpe significat *abeuntem deducere, prosequi*, Gr. προπέμπειν, ita Gen. 12, 20. 18, 16. 31, 27.

22. עֲבָדֵי דָוִד, servi i. e. *milites Davidis*, cfr. 2, 12. — גִּדְרָד, turma, agmen militum (4, 2. 22, 30, Gen. 49, 19, 2 Chr. 25, 13 etc.) i. q. אֲגָרָדָה (2, 25), 2) *expeditio, incur-sio*, LXX ἐξοδία (rad. גָּרַד secuit, incidit). — שָׁלַל, σζῦλλον, spoliium, exuviæ, *præda*, a שָׁלַל, detraxit, spoliavit, diripuit.

24. וַיִּגְלֵה הַלֵּוִי, i. e. ut abierit salvus, LXX καὶ ἀπελήλυθεν ἐν εἰρήνῃ.

25. לְשִׂיתָהּ, *ad decipiendum te*; פָּתַח, apertus fuit, Piel פָּתַח, 1) persuasit alicui (Gr. πείθειν), 2) pellexit, seduxit, 3) decepit (Gr. ἀπατᾶν). — לְרֵעֶהָ, *ad explorandum*, γυνῶναι. — מוֹצֵא וּמְבוֹא, *exitus et introitus* i. e. consilia, conatus, actiones. Masorethæ pro מְבוֹאָהּ legerunt מוֹצֵאָהּ, ut voci additæ מוֹצֵאָהּ plane conveniret; מוֹבָא modo semel occurrit, Ezech. 43, 11 מוֹצֵאָיו וּמְבוֹאָיו; cfr. etiam Deut. 28, 6. 19, Ps. 121, 8 צִאֲרָתָהּ וּבוֹאָהּ, quæ formula idem quod nostra significat.

26. בּוֹר הַסֵּרָה, *cisterna Sira*, locus viginti stadiis ab Hebrone distans¹⁾, hoc solo loco commemoratur. J. D. Michaelis vertit וַיִּשְׁבּוּ אֹתוֹ מְבוֹר הַסֵּרָה „um ihn in die Falle zu locken“, secundum verba „um ihn aus der Grube in den Topf²⁾ zu bringen“, quod putat esse proverbium a feris petiitum, quæ in fovea capiuntur et deinde in ollam coquendæ conjiciuntur.

27. וַיִּבְטְחֵהוּ, *et abduxit eum*; נִטְחָה in Hiph. significat declinare, avertere, abducere. — שָׁלִי, in pausa שָׁלִי, ἄπ. λεγ.,

1) Cfr. *Josephi Antiqu.* VII, 1, 5, ubi dicitur Βησίρα.

2) Accepit סֵרָה ut סֵרִי, *olla* (Exod. 16, 3 סֵרִי הַבָּשָׂר, Ps. 60, 10 etc.) eum הַ loc.

tranquillitas (שָׁלֵחַ securus, tranquillus fuit); בְּשָׁלֵי igitur *tranquilla* i. e. *clam*. Alii vocem derivantes ab alia radice שָׁלַח, erravit (2 Chr. 29, 11, 2 Reg. 4, 28) vertunt בְּשָׁלֵי *per fraudem*, ita LXX ἐνεδρεύων et Vulg. *in dolo*. — בְּדָם עֲשָׂה אֵל, *propter sanguinem Asaelis* i. e. *propter caedem A.* ab eo commissam.

28. נָקַי אֲנִי וּמִמְלַכְתִּי וְגַ' *insons ego sum et regnum meum coram Jehova in aeternum a caede Abneri*, i. e. nunquam J. mihi aut regno meo caedem in Abnero commissam imputabit.

29. יִרְחֹלֵי, *irruat*, sc. caedes Abneri (וְהָמִי אֲבִנֶרֶת v. 28) i. e. irruat poena hujus caedis in Joabum; הִוָּלֵהוּ, *torqueri*, contorqueri in aliquid. — וְיֵאֵל יִבְרַח, *nec unquam desit*, cfr. Josv. 9. 23; בָּרַח in Niph. pr. est excidi, excindi, extirpari. — זָב, *immundo fluxu laborans*, part. a זָבַב, fluere (pr. de aqua), LXX γονορροΐης, cfr. Lev. 15, 2. — מִצָּרַע, part. Pual a צָרַע, *lepra affectus*, λεπρός (צָרַע lepra). — מְחֻזָּק בְּפָלֶה, *baculum tenens*, sc. ex infirmitate, LXX κρατῶν στυτάλης, alii *fusum tenens* (Vulg., Aquila, Syr.¹), J. D. Michael., Dathe), ut indicetur conditio servilis; פָּלֶה, pr. circulus, notione fusi exstat Prov. 31, 19.

31. שֵׁק, *saccus, cilicium*, vestimentum amplum a pilis hircorum s. caprarum textum, quod induebant lugentes, cfr. Gen. 37, 34, 1 Reg. 20, 32, Jes. 3, 24. 15, 3, Joel 1, 8, Jon. 3, 6, Thr. 2, 10, Esth. 4, 1. — לִפְנֵי אֲבִנֶרֶת i. e. antecedentes feretrum Abneri.

33. הִקְמֹוֶה נְבִל יָמוֹת אֲבִנֶרֶת, *num scelerati instar A. mortuus est?* (נְבִיל, *stultus, impius, sceleratus*). Interrogatio habet vim negandi, ut saepissime. LXX sumserunt נְבִיל ut nom. pr. εἰ κατὰ τὸν θάνατον Νάβαλ etc.

1) Aquila vertit פָּלֶה ἄτρακτος, Syr. ܦܠܗܐ.

34. נִקְשָׁתִים (dual. a נִקְשָׁתָא, *æs*) *vincula ænea, catenæ*, LXX *πέδαι* (Jud. 16, 21). — הִגְשָׁו, *constricti sunt*; נִגַּשׁ *accessit, appropinquavit*, Hiph. *adduxit*, Hoph. *adductus, admotus est*.

35. לִקְהָרוֹת אֶת-הַיָּוֵד לֶחֶם, *ut cibum sumere facerent Davidem* (בָּרַח, *cecidit, secuit, 2*) *comedit*, Hiph. *comedere fecit, comedendum dedit*) i. e. *ut epulum funebre ei instituerent*. Solebant amici et vicini solatii luctusque levandi causa lugentes convivii parentalibus excipere, cfr. Jer. 16, 7, Ezech. 24, 17.

36. הִזְכִּירוּ, *agnoverunt*, sc. Davidem insontem esse a cæde Abneri, cfr. v. s.

38. שָׂר וְגִדּוֹל, *ἐν διὰ δυοῖν: dux primarius*, LXX *ἡγούμενος μέγας*.

39. אֲדִיּוֹם, *adhuc*. — רַךְ, *mollis, tener, infirmus*. — וּמִשְׁחָה מְלֶכֶךְ, *et rex modo unctus*, magis nomen quam potestatem regis habens. Autores cædis potentiores erant, quam ut David eos punire auderet. — וַיִּשְׁלֵם, *rependat, ἀπωδῶν* (שָׁלַם *integer, incolumis, salvus fuit*, Piel *integrum servavit, 2*) *restituit, 3*) *rependit*).

Sectio VII.

2 Sam. cap. IV.

Isboethus a duobus exercitus ducibus interficitur, qui præmium expectantes ad Davidem profecti, supplicio ab eo afficiuntur.

1. וַיִּרְפֵּי יָדָיו, *remissæ factæ sunt manus ejus* (רָפָה *remisit, impr. manus*), LXX *ἐξελύθησαν αἱ χεῖρες αὐτοῦ*, i. e. *animum despondit*. Frequenter manus remissæ iis tribuuntur, qui animum abjiciunt, cfr. Jes. 13, 7. 35, 3 וַיִּדְּמוּ רַפְּוֹתָם, Hebr. 12, 12 *χεῖρες παραιμέναι*.

2. בן-שאול, *filio Sauli*; לִבְנֵי בֶן — בארור (i. e. putei), una ex quatuor urbibus Gibeonitarum (Josv. 9, 17), postea Benjamiinitis assignata (Josv. 18, 25). — תִּחְשַׁב עַל-בְּנֵימִן, *annumeratur Benjaminino*; חָשַׁב, *cogitavit*, Niph. sequ. עַל v. לְ (Josv. 13, 3) *annumeratus est*.

3. גִּתִּימִים (i. e. duo torcularia), etiam oppidum Benjamiinitarum; tantum h. l. et Neh. 11, 33 nominatur. J. D. Michaelis putat, hanc urbem in terra Philistæorum sitam et Gathæ vicinam fuisse. Videntur Beerothenses Gittaimam fugisse, quum Saulus Gibeonitas interficeret (21, 1 seqq.)¹⁾.

4. וְלִיְהוֹשֻׁעַ בֶּן-שָׁאוּל וְגו' — nexu hujus v. cum præcedentibus et sequent. primo aspectu non apparet; forsitan educatus est Mephibosethus in aula Isbosethi patris sui ut hæres regni, ideoque hic, ubi sermo est de morte regis, commemoratur. — נִכְחַד רַגְלָיִם, *percussus pedibus* i. e. claudus, i. q. פֶּסֶחַ. — אִמְנָתוֹ, *nutrix ejus*; אָמַן, *fulcivit, sustentavit*, unde אָמַן, tutor et altor, et אִמְנָה, *nutrix* (Ruth 4, 16). — בָּהֲפֹנָה לָנוּס, *quum trepide fugeret*; רָפַז, *festinavit*. — מְצִיבֹטָח, in stemmatibus 1 Chr. 8, 34 et 9, 40 בעל.

5. בָּרוּם הַיּוֹם, *fervente die* i. e. tempore meridiano, cfr. Gen. 18, 1. — מִשְׁכַּב הַצֶּהְרִים, *somnus meridianus*; מִשְׁכָּב, significat et cubatum et cubile.

6. הַחֶמֶד, adv. *huc*. — לְקַחְרֵי הַטִּיבִים, *accepturi triticum* i. e. per speciem tritici capiendi pro militibus suis, qui regis annona alebantur.

7. וַיָּבֹאוּ הַבָּיִת, *intrarunt, inquam, domum*; sic sæpe Hebræi præcedentia repetunt, ut novi quid addatur, h. l. ablatio capitis, cfr. 6, 3. 4. — הַתֵּרֵר מִשְׁכָּב, *cubiculum*; תֵּרֵר,

1) Cfr. J. D. Michaelis Deutsche Uebersetz. des A. T. 5 Th. 2te Hälfte, p. 109.

conclave. — נִלְכְּבוּ יָגָל; profecti sunt quam celerrime poterant, putantes se gratiam apud Davidem inituros esse.

8. בִּקְשָׁה, quæsit, appetiit, sectatus est; בִּקְשָׁה אֶת-נַפְשִׁי, *vitæ alicujus insidiatus est*, Gr. ζῆτεῖν τὴν ψυχὴν (Matth. 2, 20). — נָתַן נְקָמוֹת לְ, *ultionem concessit alicui*, ultus est aliquem, cfr. Ps. 18, 48.

9. פָּדָה 1) redemit, 2) liberavit, servavit, eripuit e periculo, Gr. λυτροῦσθαι.

10. אָשַׁר לְחַתִּי-לִי בְשֵׂרָה, *qui venerat, ut præmium ei darem*. בְּשֵׂרָה, εὐαγγέλιον, lætus nuntius, h. l. læti nuntii præmium (בְּשֵׂרָה lætum nuntium attulit).

11. אִישׁ צַדִּיק, *vir probus*, qui nihil ipsis nocuerat. — בִּקְשָׁה דָּם sequi. מָגֵד, *postularit sanguinem alicujus ab aliquo* i. e. cædis commissæ poenam repetiit, cædem alicujus ultus est, i. q. הִרְשָׁה דָּם, quæ formula occurrit Gen. 9, 5. 42, 22, Ezech. 33, 6, Ps. 9, 13, nostra vero præter h. l. 1 Sam. 20, 16, Ezech. 3, 18. 20. 33, 8; Gr. ἐξζῆτεῖν τὸ αἷμα (LXX). — בָּעַר depavit, consumpsit, Piel *abstulit, exterminavit*.

Sectio VIII.

2 Sam. V, 1—10. 1 Chr. XI, 1—9.

David a ceteris quoque tribubus rex eligitur; Jebusitas ex arce Zionè expellit, eoque regiam transfert.

2 Sam.

1. שֵׁבֶט v. שֵׁבֶט 1) baculus, sceptrum, 2) *tribus*, i. q. עֵצְמָה וּבִטְרָה אֲנַחְנִי — מִמָּה, *os tuum et caro tua sumus*, i. e. intima necessitudine tecum conjuncti sumus, nimirum ut posteri Jacobi. Hæc phrasis, quæ etiam occurrit 19, 13. 14, Gen. 29, 14 et Jud. 9, 2, orta videtur ex Gen. 2, 23.

2. הַמְּוֹצִיא וְהַמְּבִי, *educens et reducens* i. e. in bellum et

e bello ducens, de rege alioque duce militari, cfr. Num. 27, 17¹⁾. מְבִיא pro מְבִיא. — רָעָה, pavit, metaphor. designat moderari, gubernare, regere, ut Gr. ποιμαίνειν; principes sæpe cum pastoribus comparantur.

5. בְּחֶבְרוֹן מָלַךְ וּג', cfr. 2, 11. Ex 2, 10 constat, Isboethum per biennium tantum regnasse; igitur quinque anni et sex menses post mortem ejus elapsi sunt, antequam David rex totius populi factus est.

6. כִּי אִם-תְּסִירָהּ, nisi repuleris; תְּסִירָהּ est infinit., non præter., quod nonnulli (ex. gr. Luth., Michael.) statuunt, vertentes: sed repellet (pro repellent) (e. — הַעֲוִירִים וְהַעֲסָחִים, coeci et claudi²⁾), videtur significare idola Jebusitarum, ex sententia Davidis de iis sic dicta, ut sensus sit: urbem non expugnabis, nisi repuleris deos nostros, quos tu per contemptum coecos et claudos vocas; cfr. Ps. 115, 5—7, ubi vanitas idolorum describitur, et inter alia dicitur: oculos habent, sed non vident; pedes habent, sed non incedunt. — לֵאמֹר לֹא-יְבוֹא דָנָה הַקְּדָה sunt verba scriptoris: hisce verbis indicabant, urbem ab eo capi non posse.

7. מִצְדָּה (a צוּד, venari, aucupari) 1) præda, 2) rete, 3) cacumen montis, 4) castellum montanum, arx, i. q. מִצְדָּה 1 Chr. 11, 7.

8. כָּל-מִקֵּחַ יְבוּסִי וּג'; sensus: quicumque Jebusitas percusserit et primus ad canalem³⁾ pertigerit, ubi positi sunt dii eorum tutelares, hosque animo meo invisos dejecerit,

1) Eodem sensu exstat form. יוֹצֵא וְבָא לְפָנֵיהֶם, exiens et ingrediens ante eos, Num. 27, 17, 1 Sam. 18, 13. 16.

2) Hi in loco parall. 1 Chr. non commemorantur.

3) אֲדָמָה aqueductus, canalis, præter h. l. tantum exstat Ps. 42, 8. Intelligentus videtur canalis Siloamensis, qui ex arce Zionae aquas in urbem subjectam derivabat.

is erit dux exercitus (hoc supplendum ex l. p. 1 Chr. 11. 6 תִּהְיֶה לְרֹאשׁ וְלִשָּׂר — גַּל-בֵּן וְאַמְרֵה, hinc in proverbio dici solet, sc. quando aliquid ceu execrabile procul abesse jubebant. — עֵנָר וּפְסָסָה לֹא יָבִיאוּ אֶל-הַבַּיִת, *coecus et claudus domum non intrabunt*, i. e. nemo tales idololatricas imagines in domo sua collocet, quia cultores suos adjuvare non possunt¹).

9. מְלוּחַ, pars arcis Hierosolymitanæ, a Salomone ædificata (1 Reg. 9, 15. 24. 11, 27). — בְּתוֹכָהּ, intus, i. q. מִבְּתֵרָה Gen. 6, 14.

10. וְגַלְיָהּ הָיָה הַלְלוֹתָ וְגִדּוּלָהּ i. e. potentia Davidis indices crecebat, cfr. Gen. 26, 13.

Sectio IX.

1 Chr. XI, 10 — fin. cap. 2 Sam. XXIII,
8 — fin. c.

Recensio heroum Davidis.

1 Chron.

10. הַמְתַּחֲזְקִים עִמּוֹ, *qui eum juvabant*, cfr. 2 Sam. 3, 6.

11. Pro תְּלֹשִׁים *triginta* (Cthib) legendum videtur, ut Masorethæ observarunt, תְּלֹשִׁים, cfr. l. p. 2 Sam. 23, 8. תְּלֹשִׁים est triens; plur. תְּלֹשִׁים sine dubio indicat milites pugnantes de curribus, quorum singuli ternos milites capiebant, unum qui equos moderaretur, duos qui pugnarent,

1) In vv. 6—8 explicandis secutus sum *Seb. Schmidt* (Commentar. in librum posteriorem Samuelis, Argent. 1687). Interpretationes plane diversas, quæ vero arbitraria textus mutatione nituntur, v. in *J. D. Michaelis* Deutsche Uebersetzg. des A. T. 5 Th. 2te Hälfte et *Maurer* Commentar. grammat. crit. in Vetus Testam., vol. I. Lips. 1835.

cf. Exod. 14, 7. 15, 4, 1 Reg. 9, 22, 2 Reg. 10, 25, quibus locis LXX vertunt *τριστατάι*. Præfectus eorum appellatur ראש השלישי (2 Sam. 23, 8) s. ראש השלישי (h. l. et infra 12, 18 sec. Kri). — עָרַר, vigilem esse, vigilare, evigilare, Pilel 1) expergefacerere, excitare, 2) *tollere, vibrare* (ut hastam, flagellum). — בַּעֲצָם אֶחָד, *una vice* i. e. in una pugna.

13. אֶצֶם הַמַּיִם, haud dubie i. q. אֶצֶם הַמַּיִם, nomen loci in tribu Judæ inter Sochonem et Azekam, ubi Philistæi, postquam Goliathus a Davide occisus erat, fugerunt, Judæis persequentibus (1 Sam. 17, 1 seqq.)

14. הַשְׂוֹעָה i. q. יְשׁוּעָה, liberatio, auxilium, salus, 2) *victoria*.

15. שְׁלֹשָׁה, *hi tres*; תְּשִׁימָה suppleendus est ex 2 Sam. 23, 11. — עֲמֶק רְפָאִים, vallis prope Hierosolyma Philistæam versus sita; commemoratur etiam 2 Sam. 5, 18. 22, Josv. 15, 8. 18, 16 et Jes. 17, 5. A LXX dicitur ἡ κοιλὰς τῶν Τιτάνων et ἡ κοιλὰς τῶν γιγάντων¹⁾; nomen רְפָאִים significat nempe gentem antiquam in septentrionali Cananææ transjordanensis parte habitantem, propter giganteam staturam famosam, deinde *gigantes* in univ.

16. נָצַב (pr. positus, rad. נָצַב) 1) præpositus, præfectus, i. q. נָצַב (1 Reg. 4, 7. 19), 2) statua, i. q. מִצְבָּה (Gen. 19, 26), 3) *statio militaris, præsidium*, i. q. מִצְבָּה in l. p. 2 Sam. 23, 14 et מִצְבָּה Jes. 29, 3; cfr. 1 Sam. 10, 5. 13, 3, 2 Sam. 8, 6. 14.

20. Pro לֹא, *non*, legendum est לֵי, *ei*, ut Masorethæ præcipiunt (LXX οὗτος ἦν ὀνομαστός), cfr. l. p. 2 Sam. 23, 18.

21. מִן-הַשְּׁלֹשָׁה בְּשֵׁנִים, *inter tres secundi ordinis*. — וְעַד-הַשְּׁלֹשָׁה לֹא בָּא, *sed ad tres illos non pervenit*, i. e.

1) Ita etiam in *Josephi Antiqu.* VII, 4, 1.

tribus illis prioris ordinis rerum gestarum claritate impar erat, cfr. v. 25.

22. מְבַנֵּהוּ præfectus erat satellitum regis, cfr. 2 Sam. 8, 18. 20, 23, 1 Chr. 18, 17. — רַב פְּעֻלִים, *multis præclare factis inclytus*; פֶּעַל, opus, factum. — מְבַנְנָאֵל v. מְבַנְנָאֵל (Neh. 11, 25), urbs in parte australi tribus Judæ sita. — אַרְיֵאֵל, *leo Dei* i. e. heros fortissimus.

23. מְדָה (א מְדָה, extendit, mensus est) extensio, mensura, statura; אִישׁ מְדָה, *vir eximie staturæ*. — מְנִיר אֲרָגִים *jugum textorium*; אָרַג texuit.

25. מִשְׁמַעְתּוֹ, על-מִשְׁמַעְתּוֹ, *præfectus interiori admissioni*, Luth. „heimlicher Rath“, Michael. „Adjutant“; מִשְׁמַעַת, *admissio, aditus ad principem, nostr. Audientis* (שָׁמַע, *audivit*).

26. וַיִּגְבְּרוּ הַהֲרֹלִים; *sequitur tertia classis heroum*¹⁾, in quorum nominibus magnam diversitatem inter catalogos utriusque libri reperimus. Qui post Uriam recensentur (v. 41 ad fin. c.), non nominantur in 1. Sam.

2 Sam.

In catalogum hujus libri negligentia scribarum multi errores irrepserunt, qui ex 1 Chr. emendandi sunt. Multa jam Masorethæ vocales adjicientes correxerunt; legerunt e. g. pro דָּרִי (v. 9) דֹּרִי, pro נְשָׁלִשִׁים (v. 13) נְשָׁלֶשָׁה, pro הַשְּׁלִשִׁי (v. 18) הַשְּׁלֶשָׁה, pro אִישׁ-דָּרִי (v. 20) אִישׁ-דֹּרִי, pro אִישׁ (v. 21) אִישׁ.

8. Pro בֵּן-חֲמֹנִי יֵשֵׁב בְּשָׂרָה חֲמֹנִי legendum est quod legitur in 1 Chr. בְּשָׂרָה occurrit in fine versus præced., unde vitio scriptiois in v. nostram irrepsisse videtur. הוּא עָרִיבֵי הַעֲצָנִי; hæc verba pæne desperata sunt, ut Gesenius dicit, et frustra laborarunt interpretes in iis expli-

1) הַשְּׁלִשִׁים, *triginta* (v. 25, 2 Sam. 23, 24), numero rotundo sic dicta, nam plures quam triginta nominantur.

candis. עֲצָן nullo alio loco legitur; עָרֵן semel exstat, Jes. 47, 8, ubi est *mollis, delicatus*, cogn. cum subst. עֲרֵנָה (Gen. 18, 12) et עֲרֵן, voluptas, deliciae, et Arab. عَدْنٌ, mollities. LXX duplicem versionem exhibuerunt: Ἄδων ὁ Ἀσωναῖος, οὗτος ἐσπάσατο τὴν ῥομφαίαν αὐτοῦ, Vulg. vertit: *ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus*, Seb. Schmidt: *idem* (sc. dictus) *Adino-haeni* (i. e. cui hasta est deliciae), sequentia reddens: *propter octingentos confossos una vice*, J. H. Michaelis: *is ornamentum Eznæorum fuit*, Joh. Simonis (Lex. Hebr., ed. 2 1771 p. 688): *ad ipsum quod attinet, percussio ejus hasta sua* (i. e. percussio hastæ ejus fuit) *in octingentos* etc. (Ar. عدن instrumento mucronato percussit); Gesenius quoque (Lex. man. Hebr. p. 788, 739) putat, עֲצָן significare *hastam*, et confert cum Ar. عَصٌ, ramus, sed עָרֵן reddit *vibrationem*. Vix dubitari potest, quin textus in hoc commate omnino corruptus sit, et verba mutanda in ea, quæ exhibet l. p. Chr. הוא עָרַר אֶת־הַחֲבִיתוֹ, *is vibravit hastam suam* (Luth., Dathe).—

Pro שְׁמֵנָה מֵאוֹת, *octingenti*, legitur in l. p. תְּלַשְׁ-מֵאוֹת, *trecenti*.

9. Pro בְּנֵי־אֲחֵי, l. Chr. habet אֲחֵי־אֲחֵי, Achochita, cfr. v. 28.

11. תְּחִיָּה, pr. *viva, vivum*, 2) *animal, spec. fera*, 3) *gens* (Ps. 68, 11), *caterva, turma* (h. l. et v. 13).

Sectio X.

I Chr. cap. XII.

Catalogus eorum, qui ex singulis tribubus ad partes Davidis transierunt, tum Saulo adhuc vivo (v. 1—22), tum eo mortuo (v. 23 — fin. c.), ut regem illum sibi constituerent.

1. עֲצוּר מִפְּנֵי שָׁאוּל, *inclusus v. clausum se tenens propter Saulum* i. e. metu Sauli. Al. *exclusus a facie Sauli*, sed עֲצָר non significat *excludere*.

2. נָשַׁק, pr. junxit, ordinavit, disposuit, 2) armavit se; נִשְׁקֵי קֶשֶׁת, *arcu armati*. — מִיְמִינֵיהֶם וּמִשְׂמָאלֵיהֶם בְּאֲבָנִים, *dextra et sinistra lapides projicientes*; est periphrasis fundæ, in qua Benjaminitæ imprimis erant exercitati, cfr. Jud. 20, 16; igitur *funditores*.

8. נִבְדְּלוּ, *separarunt se* i. e. secesserunt, transierunt. — גִּבְרֵי הַחַיִל וְגַ' Gaditas fortitudine et rei militaris peritia insignes fuisse, constat etiam ex 5, 18 seqq., cfr. verba Jacobi Gen. 49, 19. — צָנָה (a צָנַן i. q. גָּנַן, protexit), *scutum majus, totum militis corpus tegens*, Gr. *θυρός*. — רִמָּה i. q. הַנֶּיחַ, *δόρυ, hasta, lancea*, plur. רִמָּהִים — וְהַצְּבָאִים וְהַצְּבָאִים, *caprearum instar in montibus veloces*, cfr. 2 Sam. 1, 19, 2, 18. צְבָאִים v. צָבָאִים, plur. a צָבָא.

15. גְּדִיחָיו (Cthib) v. גְּדִיחָיו (Kri), *ripæ ejus*; גְּדִיחָיו (גְּדִיחָיו) nullo alio loco exstat. — בָּרַח, fugit, Hiph. fugavit. — עֲמָקִים (sing. עֲמָק, vallis), h. l. *incolæ vallium*; Gesenius suspicatur, legendum esse עֲנָקִים, *Enakitæ*.

18. רוּחַ לְבָשָׂה, *spiritus sc. Dei induit* i. e. implevit, cfr. Jud. 6, 34, 2 Chr. 24, 20. — רֹאשׁ הַשְּׂלִישִׁים (Kri), *dux tristatarum*, cfr. 11, 11.

19. סִרְבָּנִים, *principes*, ubique de principibus Philistæorum. — בְּעֵצָה שָׁלְחָהוּ, *consulto eum dimiserunt*; hoc narratur 1 Sam. 29, 6 seqq.

21. עַל-הַגְּדִיד, *contra turmam illam*, sc. Amalekitarum, cfr. 1 Sam. c. 30.

23. חֲלָץ, alacer, strenuus fuit, חֲלָץ צָבָא s. חֲלָץ לְצָבָא (v. s.) *ad bellum expeditus*.

29. מְרִבִּיהַ (a מְרַבֵּה, multus fuit), multitudo, *maxima pars*.

31. אֲשֶׁר נִקְבּוּ בְּשֵׁמוֹת, *nominatim designati* (נִקְבָּה, perforavit, confodit, 2) *discrevit, distinxit, nominatim appellavit*, cfr. 16, 41. Am. 6, 1 נִקְבָּיִם, uobiles, proceres.

32. יוֹדְעֵי בִינָה לְעֵתוֹת, *temporum periti*; plerique hoc

intelligunt de astronomis s. astrologis. Interpres Syrus habet *سَمْعًا صَوْنًا*, suo tempore sapientissimi; legit igitur pro *לְעֵתוֹת*, *temporum*, *בְּעֵתָהּ* s. *בְּעֵתָהּ*, suo tempore, qua lectione, levissima mutatione effecta, sensus longe aptior oritur; minime enim intelligitur, cur scientia astronomica, cui nullo alio loco Issacharitæ dicuntur operam navasse, hic, ubi sermo est de virtutibus bellicis, commemoretur. Tamen a lectione recepta non opus est discedere, si explicatur de *prudencia civili*, quæ *temporum rationes* curet, et quid pro iis in republica sit faciendum, quid non faciendum, sciat (ita J. D. Michael., Maurer)¹), cfr. Esth. 1, 13 *הַבְּמִים הַדְּעִי הַעֲתִים*.

33. *עָרָר*, ordinavit, disposuit, fere i. q. *דָּבַר* et *עָרַךְ* (inde *עָרָר*, grex), 2) aciem instruxit, *militavit*, ita h. l. et v. 38 plene *עָרָר מִעָרְכָה*. — *בְּלֵא-לֵב וְלֵב*, *animo non doloso*, *animo sincero*, i. q. *בְּלֵב וְלֵב* (v. 38), cfr. Ps. 12, 3 *בְּלֵב וְלֵב דִּבְרָה*, duplici animo loquuntur.

40. *דְּבָלִים* (sing. *דְּבָלָה*), placentæ e ficibus aridis in massam coactis confectæ, Gr. *καλάθα*. — *צָמָק* (sing. *צָמָק*, rad. *צָמַק* exaruit), uvæ passæ et placentæ inde factæ, Gr. *σταφίδες*.

Sectio XI.

2 Sam. V, 11. 12. 1 Chr. XIV, 1. 2.

Hiramus, rex Tyri, mittit Davidi ligna et fabros ad palatium ei exstruendum.

11. *אַרְזֵי*, *cedrus*, arbor admodum procera, in Libano olim frequentissima (*אַרְזֵי הַלְבָּנוֹן* Ps. 29, 5. 92, 13. 104, 16),

¹) Gesenius in Lex. man. p. 806 vertit: *temporum gnari, astrologi*, sed p. 142 *temporis rationum periti*.

ejus lignum odoratum, enode et putredini minus obnoxium templo palatiisque regiis extruendis adhibebatur. — הָרֵשׁ (a הָרַשׁ, χαράσσειν, incidit, insculpsit), pr. sculptor, deinde *faber* (et ferri et æris et lapidum et lignorum), Gr. τέκτων. — קִיר, paries, murus. — הַרְבָּנֵי, pro quo in l. p. לְבָנֵיהּ, *qui extruerent*.

Sectio XII.

2 Sam. V, 13—16. 1 Chr. XIV, 3—7.

Filii Davidis Hierosolymis nati.

(Cfr. 1 Chr. 3, 5—9).

Sectio XIII.

2 Sam. V, 17—fin. cap. 1 Chr. XIV, 8—fin. c.

David bis cum Philistæis feliciter pugnat in valle Rephaim.

2 Sam.

17. הַמְצִינָה; וְהָרַד אֶל-הַמְצִינָה non potest esse arx Zion (v. 7), nam ibi David habitabat (v. 9), ut non dici posset ad eam descendere; intelligendus est locus aliquis natura munitus, in quo castra sua ita posuit, ut ab hostibus obrui non posset; igitur *descendit ad munimenta*, sc. ut defensionem pararet¹⁾; Luth. „er zog hinab in eine Burg.“ Syrus interpres habet لَوَسْ , *obsidio*; igitur legit הַמְצִינָה; ita etiam Michaelis: „er ging hinunter den Belagerern entgegen“, et Dathe: *descendit ad oppugnantes*. Sed mutatione textus non opus est.

18. נָטַשׁ, dimisit, diffudit, Niph. diffudit se, cfr. Jud.

1) Vulg. v. 7 et 9 vertit הַמְצִינָה *arcem*, h. l. *praesidium*.

15, 9. — עמק רפאים; de hac valle v. quæ supra notata sunt ad 1 Chr. 11, 15.

19. וַיִּשְׂאֵל הַנָּהָר בְּיַדָּהּ, cfr. 2, 1.

20. בַּעַל-פְּרָצִים, *locus irruptionum*; פָּרַץ, rupit, perrupit, פָּרַץ, ruptura, irruptio. — בַּפָּרַץ מֵיִם i. e. sicut aquæ, quando cum impetu feruntur, omnia perrumpunt et obruunt.

21. עָצַב, modo in plur. עֲצָבִים, *simulacra idolorum*, ex עָצַב, laboravit, formavit, fluxit. — וַיִּשְׂאֵם, et abstulit ea; נָשָׂא, sustulit, extulit, 2) tulit, portavit, 3) abstulit; respondet omnino Gr. αἶψα. In l. p. Chr. dicitur David idola comburi jussisse, cfr. legem Deut. 7, 5.

22. וַיִּסְיֹפוּ עוֹד לַעֲלוֹת, iterum ascenderunt.

23. הָסֵב אֶל-אֲחֵרֵיהֶם, circumducito exercitum tuum ad posteriorem partem eorum, ut eos a tergo aggrediaris. — וַיִּבְאֵת לָהֶם, et invade eos; בּוֹא sequi. עַל v. אֶל v. לִי significat supervenire alicui, invadere. — מוֹל, pr. subst. pars antica, frons, sed ubique præp. coram, מִמּוֹל, a fronte. — בָּבָאִים (sing. בָּבָא) *mori*.

24. קוֹל צִעֲדָה, *strepitus incessus* i. e. motus quidam insolitus (Luth. et Michael. „ein Raufschēn“); hoc repetendum videtur ex opinione antiquorum, præsentiam numinis per flatum indicari. — הָרַץ, cognatum cum הָרַשׁ, 1) secuit, incidit, 2) acuit, 3) acer, strenuus fuit. Nonnulli vertunt אַז תִּהְרַץ *tum moveas te*, al. *tum viam abbrevies*, in oppositione ad circuitum in v. præced. commemoratum, sed plerique: *tunc expeditus esto v. festina* (Luth. „so gaue dich“, Seb. Schmidt, Joh. Simonis, J. D. Michael. „so säume nicht“, Dathe, Schulz¹⁾, Gesen.); adj. הָרִוּץ est strenuus. LXX, sensum magis quam verba h. l. exprimen-

¹⁾ Scholia in Vetus Testam., vol. II. Norimb. 1781.

tes, habent τότε καταβήσῃ πρὸς αὐτούς, et Vulg. *tunc inibis proelium*. In l. p. Chr. exstat אָז הַצָּבָא בְּמִלְחָמָהּ.

25. גִּבְעַת, oppidum sacerdotale in tribu Benjaminis; in l. p. Chr. legitur גִּבְעַתִּי. — גִּזְרִי, urbs Levitarum in occidentali tribus Ephraimi parte inter Bethchoronem et mare sita, cfr. Josv. 16, 3.

Sectio XIV.

2 Sam. VI, 1—11. 1 Chr. cap. XIII.

David communicato cum populo consilio arcam sacram Kirjathjearimo Zionem transferre instituit, sed, quum Jehova temeritatem Uzze morte puniret, rex perterritus in ædibus Obededomi eam deponit, ubi per tres menses manet.

2 Sam.

1. וַיִּסַּף, et congregavit¹⁾, fut. Kal. ab וָסַף; forma vulgaris est וַסַּף, nostra occurrit præter h. l. Ps. 104, 29; cfr. 2 Sam. 20, 9 וַתִּסַּף ab וָסַף, Ps. 139, 20 וַיִּסַּף pro וַסַּף. — בְּחֹרֶר, aut electus, part. Pual a בָּחַר, plur. בְּחֹרִים (Vulg., J. D. Michael., Dathe), aut juvenis (forma dagesch. קַמֹּל plur. בְּחֹרִים, ita LXX πάντα νεανίαν, Luth. „alle junge Mannschaft.“

2. מִבְּעֵלֵי יְהוּדָה; מן h. l. indicat motum ad locum, ita etiam Gen. 13, 11 et Jud. 7, 3; in l. p. 1 Chr. 13, 6 exstat הַ לֹּעַ. et אֶל בְּעֵלֵי יְהוּדָה (i. e. cives Judæ), oppidum in septentrionali tribus Judæ parte situm; alibi dicitur בְּעֵלָה et קְרִיַת יִשְׂרָאֵל (utrumque nomen in l. p. Chr. et Josv. 15, 9), etiam קְרִיַת-בְּעֵל (Josv. 15, 60. 18, 14). Antiqui interpretes perperam בְּעֵלֵי ut nom. appell. accipiunt (LXX ἀπὸ τῶν

1) Non commutandum est cum alio וָסַף, fut. Hiph. a וָסַף, addidit.

ἀρχόντων Ἰούδα, Syr. ܐܪܚܘܢܝܢ ܝܘܕܐ , Vulg. *de viris Juda*); ita etiam Luth. „aus den Bürgern Juda.“ — ארון, arca, cista, usurpatur 1) de arca pecuniaria (2 Reg. 12, 10. 11), 2) de arca ferali (Gen. 50, 26), 3) sæpissime de arca sacra, in qua duæ legum tabulæ repositæ erant. Dicitur hæc ארון הַעֲדוּת, arca legis (Exod. 25, 22. 26, 33), ארון הַבְּרִית, arca foederis (Josv. 3, 6. 4, 9) et ארון בְּרִית-יְהוָה, (Deut. 10, 8. 31, 9. 25, 1 Chr. 15, 25. 16, 37), ארון יְהוָה (v. 9 sqq. 1 Sam. 5, 3. 4. 6, 8 sqq. 7, 1) et ארון הַאֱלֹהִים (h. l. 1 Chr. 13, 6 sqq. 1 Sam. 5, 1. 10) s. ארון אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל (1 Sam. 5, 7 sqq.), a LXX ἡ κιβωτὸς τοῦ μαρτυρίου s. τῆς διαθήκης (Hebr. 9, 4) s. τοῦ θεοῦ; describitur Exod. 25, 10—22 et 37, 1—9. Sedes ejus vulgaris erat adytum tabernaculi sacri et templi Salomonei; interiit una cum templo a Nebucadnezare destructo. — אֲשֶׁר-נִקְרָא שֵׁם יְהוָה; אֲשֶׁר nonn. conjungunt cum עָלֶיהָ: *super qua invocatur nomen, nempe nomen Jehovæ*, al. cum שֵׁם: *cujus nomen vocatur nomen J.*; sine dubio pro priori שֵׁם legendum est שָׁ, quod ad אֲשֶׁר referendum est: *ubi invocabatur nomen Jehovæ*, ita LXX ἐφ' ἣν ἐπεκλήθη τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου καθημένου ἐπὶ τῶν Χερουβὶν ἐπ' αὐτῆς, Syr., Vulg. et plerique recentiores interpretes. יושב הכרובים עָלֶיהָ, *insidentis Cherubis super ea*. כְּרוּבִים, entia mystica, ad ideam majestatis divinæ exprimendam ab Hebræis excogitata, quorum descriptio exstat Ezech. cap. 1 et 10. Commemorantur primum Gen. 3, 24 paradisum custodientes; deinde Exod. 25, 18 seqq. dicuntur duó Cherubi, Jehova jubente, in operculo arcæ foederis collocati; postea, imagine a terrena Jehovæ sede ad coelestem translata, dicuntur Cherubi solium ejus per nubes gestare Ps. 18, 11, 2 Sam. 22, 11). Erat opinio tum inter Judæos tum inter Christianos recepta, nubem (שָׁמַיְתָה) tanquam symbolum præsentia divinæ arcæ foederis perpetuo insedissee.

Orta est hæc sententia ex prava interpretatione Exod. 25, 22, Lev. 16, 2¹), 1 Reg. 8, 10—12 illorumque locorum, ubi Jehova dicitur *insidere Cherubis* (præter locum nostrum 1 Sam. 4, 4, Ps. 80, 2. 99, 1 etc.), quæ formula tantummodo indicat, Jehovam præsentem fuisse in adyto, minime vero eum tali visibili signo præsentiam suam indicasse²).

3. אֶל-עֲגֵלָה תִּרְשָׁה, *in plaustro novo*; plastrum mendose adhibebatur³); humeris enim portanda erat arca a Levitis, cfr. Num. 1, 50. 4, 15. 7, 9. 1 Chr. 15, 2. 13. 15. — וַיִּשָׂאוּהָ מִבֵּית אֲבִינָדָב אֲשֶׁר בְּגִבְעָה, *sustulerunt eam ex ædibus Abinadabi in colle sitis*, cfr. 1 Sam. 6, 21. 7, 1, ubi arca, postquam Israelitis a Philistæis remissa fuerat, Kirjathjearimi in ædibus Abinadabi deposita fuisse dicitur. גִּבְעָה Vulg., Luth., Schmidt male de urbe *Gibea* accipiunt. — אָדָוּיָהּ, LXX οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ; igitur legerunt אָדָוּיָהּ.

4. וַיִּשָׂאוּהָ בְּגִבְעָה — *sustulerunt eam etc.*; similis repetitio occurrit 4, 7, cfr. etiam Gen. 5, 22. 24. 6, 11. 12. LXX verba nostra omittunt, et conjungunt עַם אֲרִיָּהּ הָאֱלֹהִים cum ultimis verbis v. 3. Dathe, qui etiam ea omittit, putat, ante עַם excidisse וַיַּעֲזָה, *Uzza erat cum arca*, quæ verba innuerent, cur hic arcam tangeret, non frater ejus Achjo, qui arcam præcederet.

5. וַיִּשָׂא אֲדָוִיָהּ אֶת-אֲרֹכָהּ, *visit, Piel jocatus est, lusit, laudes*

1) In l. c. Lev. hæc verba Jehovæ exstant אֶל-הַכַּפֹּרֶת עַל-הַנֶּבֶל, *in nube apparebo super operculo*, אֶל-הַנֶּבֶל intelligendum esse de fumo suffitus, per pontificem effecto, patet ex v. 13.

2) Cfr. C. G. Thalemann Tractatus de nube super arca foederis, commento Judaico, iterum editus cum vindiciis Lips. 1771.

3) Per errorem Israelitæ Philistæos imitati sunt, cfr. 1 Sam. 6, 7 seqq.

cecinit. — בכלל עצי ברזים, *omnibus lignis cupressinis* i. e. variis instrumentis e ligno cupressino factis. In l. p. 1 Chr. 13, 8 legitur ובשירים ובכל-עוז ובשירים, *omnibus viribus: et canticis.* — כנור, *zuvópa, cithara*, instrumentum musicum, decem chordis instructum, in quo tractando David excellebat. Secundum Josephum (Antiqu. VII, 12, 3) plectro pulsabatur, sed 1 Sam. 16, 23. 18, 10. 19, 9 dicitur David manu illud tractasse. — נבל v. נבל, 1) uter, 2) instrumentum musicum, *nablium*, Gr. *νάβλα*, quod Josephus (l. c.) duodecim chordis munitum et digitis carptum esse dicit. Sæpe commemoratur juxta כנור — תוף, *tympanum*, in oriente a mulieribus saltantibus pulsatum, circulo ligneo constans membrana obducta et crepitaculis æneis instructo. — מנצנצים, *ἀπ. λεγ.*, instrumentum ab agitando dictum (rad. נצע, moveri, agitari), *tintinnabula, crepitacula, sistra*, ut *σειστρον* a *σειω*. Pro מנצנצים l. p. Chr. habet תוצרות, *tubæ*. — צלצלים (plur. a צלצל, tinnitus), *cymbala*, in l. Chr. מצלתים, quod idem significat, utrumque a צלל, tinnit.

6. גרן, Arab. جرن, in univ. significat locum complanatum (rad. جرن, lævigatus fuit), spec. *aream*, in qua fruges tritabantur, Gr. *ἄλων*; in plur. גרנות. Pro גרן נבין legitur in l. p. גרן כידן — גרן נשלה s. גרן, extendit manum suam. — נלאחז בו, *etprehendit eam*; arcam sacram manu attingere sub poena mortis Levitis prohibitum erat, Num. 4, 15. — שמתו הבקר, *feriebant* i. e. *recalcitrabant boves*, sc. currum trahentes. Ceterum varie explicatur: LXX *περιέσπασεν αὐτὴν ὁ μόσχος*, Vulg. *calcitrabant boves et declinaverunt eam*, Schmidt *declinarunt a via* et Luth. „die Rinder traten beiseit aus“, Michael. „die Dörsen wollten sich los reißen.“ — נבחהו, *percussit eum*, sc. violenta et repentina morte. — שגל, *ἀπ. λεγ.*, *error* (rad. שגל, erra-

vit) indicat delictum in irreverentia erga majestatem divi-
nam constans, temeritatem, Luth. „Frevel“.

8. נִחַר לְדָוִד, *ægre tulit David*, LXX ἠθύμως, Vulg. *contristatus est*, Luth. et Michael. „D. ward betrübt“; דָּרָה, quod vulgo de ira usurpatur (cfr. v. 7, ubi LXX ver-
tunt ἐθυμώθη), interdum tristitiæ potius quam iræ affec-
tum designat, cfr. Gen. 4, 5. 6, 1 Sam. 15, 11, Jon. 4, 4. 9.

10. עִיר דָּוִד, *urbs Davidis* i. e. arx Zion, cfr. 5, 7. —
עֲבָד־לֵוִיִּם erat Levita, cfr. 1 Chr. 15, 17 seqq.

1 Chr.

1. יָעַץ, consilium dedit, Niph. 1) consilium admisit,
2) *consilium iniiit, deliberavit*, Gr. βουλευέσθαι. —
שָׂרֵי הַחַלְמָיִם, χιλιαρχοι, *tribuni*; שָׂרֵי הַמְּאוֹזוֹת, ἑκατόνταρχοι,
centuriones.

2. נִפְרָצָה נִשְׁלַחָה, *festinanter mittamus*; פָּרַץ, pr. rupit,
deinde irrupit, irruit, festinavit.

5. מִן־שִׂיחֹר מִצְרַיִם וְגו'; describuntur *fines terræ Israeli-
tarum*; שִׂיחֹר indicat terminum australem occidentem ver-
sus, הַמָּזְרָח terminum septentrionalem orientem versus. שִׂיחֹר
s. שִׂיחֹר s. שִׂיחֹר est nom. pr. fluvii ab aquis limosis et tur-
bidis sic dicti (rad. שָׁחַר niger fuit, Job. 30, 30)¹⁾; præter
h. l. nominatur Josv. 13, 3, Jes. 23, 3 et Jer. 2, 18. Dissen-
tiunt interpretes de hocce fluvio. Alii, inter quos Gesenius
et Winer, *Nilum* intelligunt, cujus aquam ob lutam semper
subnigri coloris esse constat, cfr. Jes. 23, 3, ubi synonyma
ponuntur שִׂיחֹר et נִילוֹס, quo nomine Ægyptiacæ originis
Nilum innui nulla est dubitatio; alii negant, שִׂיחֹר Nilum
indicare, tum quia h. l. et Josv. 13, 3 terminus Palæstinæ

1) Eodem modo torrens Kedron (קִדְרֹן) nomen habuit a קָדַר, niger,
turbidus fuit.

ponitur, fines vero Israelitarum nunquam usque ad Nilum porrigebantur, tum quia l. c. Josvæ dicitur **וַיֵּשְׁבוּ אֶת־הַיַּרְדֵּן מִן־הַיַּרְדֵּן**, *S.*, qui est ante Ægyptum; explicant nomen de fluvio in australibus Palæstinæ finibus juxta desertum Arabiæ, urbem Rhinocolura s. Rhinocorura (hodie El Arisch) alluente et in mare mediterraneum labente (alibi **נַחַל מִצְרַיִם**, Num. 34, 5, Josv. 15, 4. 47, Jes. 27, 12). Videtur **וַיֵּשְׁבוּ** nomen fuisse plurium fluviorum (cfr. Josv. 19, 26 **וַיֵּשְׁבוּ**), et Jes. 23, 3 ac Jer. 2, 18 Nilum, h. vero l. et Josv. 13, 3 torrentem illum intelligendum esse. — **חַמַּת**, *Hamath*, urbs Syriæ etiamnum nobilis, ad Orontem sita, a Græcis *Ἐπιφάνεια* dicta.

10. **עַם אֲרוֹן הָאֱלֹהִים**, *coram Deo*, pro **קִפְנֵי אֱלֹהִים**, *ad arcam Dei* (l. p. 2 Sam. 6, 7), quæ specialis Dei præsentiae symbolum erat.

Sectio XV.

2 Sam. VI, 12—fin. cap. 1 Chr. XV, 1—XVI, 3.

David arcam magna cum solennitate per Levitas in locum ei in Zione paratum ex ædibus Obededomi deducit.

2 Sam.

13. **נִשְׂאֵי אֲרוֹן־יְהוָה**; Levitæ jam humeris arcam portabant legi convenienter, cfr. 1 Chr. 15, 2 seqq., ubi narratio uberior exstat. — **מְרִיא**, pinguis, saginatus, *στεινός*, ut subst. *pecus saginata*. Sacrificium regis accuratius indicatur 1 Chr. 15, 26: *septem boves totidemque arietes*.

14. **כַּרְר**, Pilp. **בְּרַבֵּר**, *saltavit*, i. q. **רָקַד** in l. p. 1 Chr. 15, 29. — **אַפְסוּד**, *ephodum* s. *humerale*, vestimentum quoddam a summo pontifice atque etiam aliis, imprimis sacerdotibus, super tunica et pallio gestatum, manicis carens et

duabus plagulis constans. Quod materiam attinet, summi sacerdotis, humerale auro, purpura cærulea et rubra, cocco byssoque contextum erat (Exod. 28, 6—12), reliquorum contra e linteo factum, ita hoc, quo David utebatur (בַּרְדָּוֹת filum, coll. fila, maxime linea, inde *linteum*). Depositis vestibus regiis, ex pio et humili animo se non tanquam regem, sed ut musicum sacrum gessit.

15. תְּרוּעָה, tumultus, *lætus clamor*, a רוּעַ, tumultuari.

16. מְפַנֵּן, *subsiliens, tripudians*.

17. הָאֶהֱלָה, non tabernaculum Mosis, quod Gibeone fuit (1 Chr. 16, 39), sed tentorium novum in Zione a Davide exstructum. — עֲלֵהָ, pr. id, quod in altari offertur, deinde spec. *holocaustum*, sacrificium, quod totum concremabatur. — שָׁלַם, pr. retributio, inde gratiarum actio, וְזָבַח טְעָמִים v. absol. טְעָמִים, *sacrificium eucharisticum*, sacrificium ad gratias agendas oblatum.

19. הַלֵּבָה, *placenta*, maxime in sacris adhibita, libum (rad. הָלַל perforavit; liba enim perforabantur). — אֶשְׁפֵּר occurrit tantum h. l. et in loco parall. 1 Chr. 16, 3. LXX vertunt ἄσχαρτον, panem tostum, Vulg., quam sequitur Simonis, *assaturam bubulæ carnis*, ac si compositum esset ex אֵשׁ, ignis, s. rad. inusit. אָשָׁה, assavit, et בָּר, bos; alii vocem derivautes a rad. שָׁפַר, pulcher fuit, reddunt *frustum pulchrum, portionem honestam carnis* (Luth. „ein Stück Fleisch“, Seb. Schmidt, J. H. Michael, Stock¹⁾); alii *viaticum unius diei* (J. D. Michael, Dathe, Schulz); Gesenius intelligit *certam potus mensuram, calicem*, et refert אֶשְׁפֵּר ad rad. Æthiop., quæ significat mensurare. — אֶשְׁפֵּרָה præter h. l. et l. p. Chr. legitur Hos. 3, 1 et Cant. 2, 5; significat *libum ex uvis passis confectum* (J. D. Michael,

1) Clavis linguæ sanctæ Veteris Testam., ed. 3, Jenæ 1735.

Dathe, Schulz, Winer ¹⁾, Gesenius), a multis vero explicatur de *lagena vini* (Luth., Schmidt, J. H. Michael., Stock, Simon.)

20. כָּבֵד, gravis fuit, Niph. honoratus fuit; מִה־כָּבֵד, *quanta fuit gravitas!* — פְּהִגְלוֹת נִגְלוֹת אֲדָר הַרְקִים, *sicut sese nudant homines vilissimæ conditionis.* נִגְלוֹת, infin. absol. Niph. pro נִגְלָה, cfr. Jes. 22, 13 שְׁחֹת pro שָׁחָה. — רִיק s. רִק, homo vanus, levis, nequam.

22. בְּעֵינַי, *judicio meo*; LXX legerunt בְּעֵינֶיךָ, *ἐν ὀφθαλμοῖς σου, ex opinione tua, quæ lectio præferenda videtur.*

23. וְלֵד i. q. וְלֵד (Gen. 11, 30), proles.

1 Chr.

2. לֹא לְשָׂאָה, *nemini licet bajulare.*

8. אֶלְיָצָפוֹ erat nepos Kehathi ex Uzziel, cfr. Exod. 6, 18. 22.

9. אֲנִיאֵל et אֲנִיאֵל (v. 10) erant filii Kehathi, cfr. 5, 28, Exod. 6, 18.

11. אֲבִירָר tempore Davidis pontifex maximus erat.

12. רֵאשֵׁי הָאֲבוֹת (7, 11. 8, 6. 10. 13. 28. 9, 9. 33. 34), *ἀρχοντες πατριῶν*, pro רֵאשֵׁי בֵּית אֲבוֹת (7, 7), *ἀρχοντες οἴκων πατριῶν, principes familiarum.* — קֹדֶשׁ, sanctus fuit, Piel consecravit, Hithp. consecravit se, *lustravit se, ἀγνίσθαι* (de lotionibus et lustrationibus sacris). — אֶל-הַכִּינֹוֹתַי לֹא, elliptice pro אֶל-מְקוֹמוֹ אֲשֶׁר הַכִּינֹוֹתַי לֹא (v. 3).

13. כִּי לְמַבְרָאשׁוֹנָה לֹא אָתָם, *quia antea s. prima vice, sc. quum arcam transferre vellemus (cap. 13), non vos, sc. adfuisistis et arcam bajulastis* (LXX *ὅτι οὐκ ἐν τῷ πρότερον ὑμᾶς εἶναι*). כִּי, h. l. *quia* ab initio sententiæ, ut Gen. 3, 14. לְמַבְרָאשׁוֹנָה pro לְמָה בְּרֵאשׁוֹנָה, pr. *quod attinet ad id quod antea*; לְמָה non significare *propterea quod*, sed

¹⁾ Lexic. man. Hebr. et Chald., Lips. 1828.

quod attinet ad, patet ex 2 Chr. 30, 3, ubi לְמַדָּה הָיָה לְמַדָּה pro לְמַדָּה הָיָה est secundum id quod sufficiebat i. e. numero satis magno¹⁾.
 פָּרַץ בָּנוּ, irruit in nos i. e. stragem nobis intulit, LXX διέκοπεν ἐν ἡμῖν. — בְּמִשְׁפָּט, debito modo, rite.

15. מוֹכַח, vectis, a מוֹט, nutare, vacillare.

16. שָׁמַע, audivit, Hiph. audire fecit, vocem edidit, part. מְשָׁמֵעַ, sonorus, Luth. „hell“, cfr. v. 19. 28, c. 16, 5. 42. — לְשִׂמְחָה, ad piam lætitiā testandam s. excitandam.

17. הַיָּמִין erat Kehathita, nepos Samuelis prophetæ e filio Joele, cfr. 6, 18—23, ubi genealogia ejus exstat; alius Heman commemoratur 2, 6, sc. filius Serachi, nepos Judæ patriarchæ. Ps. 88 tribuitur in inscriptione *Hemani Esrachitæ*, sed non constat, utrum fuerit Heman h. l. inter sacræ musicæ præfectos nominatus, an alius. — אָסָף, celeberrimus cantorum Davidicorum præfectus musicesque moderator (16, 4. 5), originem duxit a Gersono, filio Levi natu maximo, v. genealogiam ejus 6, 24—28. Nomen Asaphi duodecim carminibus (Ps. 50. 73—83) præscriptum est, et 2 Chr. 29, 30 dicitur Hiskias rex Jehovam carminibus a Davide et Asapho compositis celebrandum jussisse, quo loco etiam Asaphus nomine הָדָד, pr. videntis i. e. prophetæ s. viri pii et sapientis, ornatur. — אֶרְיָהוּ erat Merarita, cfr. 6, 29—32, ubi pater ejus dicitur קִישִׁי, h. vero l. קוֹשִׁיָהוּ. Etiam alius Ethan nominatur 2, 6, frater Hemanis, nepos Judæ. Nomen *Ethanis Esrachitæ* præfixum est Ps. 89, sed de hocce Ethane interpretes dissentiunt pariter ac de Heman in limine psalmi proxime præcedentis nominato.

18. הַשְּׁנַיִם, LXX οἱ δεῦτεροι, *secundi ordinis*, cfr. 16, 5.

1) Cfr. Maurer Commentar. grammat. crit. in Vet. Test., vol. I. Lips, 1835.

מִשְׁנָה, secundus, adhibetur et de ordine temporis (ita de filio v. fratre natu secundo, 1 Sam. 8, 2. 17, 13, 2 Sam. 3, 3, 2 Chr. 31, 12) et de ordine dignitatis et honoris, cfr. 2 Reg. 25, 18 כֹּהֵן מִשְׁנָה, sacerdos secundarius, Gen. 41, 43 מִרְסָבָה הַמִּשְׁנָה, currus ordine secundus, 1 Sam. 15, 9, Esr. 1, 10. — בֶּן haud dubie errore scribarum in textum irrepsit. Non est nom. pr., ut Vulg. vertit *et Ben*, quoniam בֶּן praefixum non habet; v. 20, ubi eadem nomina repetuntur, hoc בֶּן non legitur, neque LXX illud legerunt; Syrus vero conjungit cum sequenti nomine (فِيلْيُسُ بْنُ نَعُوجِيلِ, *filius Neojelis* pro *Jaazielis*), quod tamen ab illo littera בֶּן sejungitur.

19. וְהַמְשִׁיְרִים, *cantores vero illi tres* (v. 16, 17) se. adstabant. — לְהַשְׁמִיעַ, *ad resonandum*, ut sonus procul audiretur, LXX τοῦ ἀκουσθῆναι ποιῆσαι, Luth. „helle zu flingen.“

20. עַל-עֲלָמוֹת; de hac voce, ut in univ. de omnibus musicæ apud Hebræos artis terminis diversissimæ sunt virorum doctorum sententiæ. Dathe statuit עַל-עֲלָמוֹת, *ad resonandum*, ut sonus procul audiretur, esse nablia, quæ *sonum acutum* (ab עֲלָמָה, puella) ederent. Etiam Gesenius עֲלָמוֹת accipit ut formam pluralem vocis עֲלָמָה; non vero intelligit de sono acuto instrumenti, sed *de voce virginea acuta*, quæ illis instrumentis adjuncta fuerit, et putat, עֲלָמוֹת (quod etiam in Ps. 46 inscriptione occur.) opponi עֲלָמוֹת (v. 21. Ps. 6, 1. 12, 1), formæ foem. עֲלָמוֹת, octavus, quod explicat *de voce ima et gravi virorum*, dum plerique עַל-עֲלָמוֹת conjungentes cum præcedenti בְּנִיחֵי, *citharas octo chordis instructas* s. *octochorda* intelligunt.

21. לְנָצְחָה, *ita ut præcinerent v. cantum regerent*; נָצַח, Piel præesse (23, 4), spec. cantum præire, unde part. מְנַצֵּחַ, quod in titulis 53 psalmorem et Hab. 3, 19 occurrit: præfectus rei musicæ, præcentor.

22. מִשָּׂא (a נָשָׂא, portavit) portatio, 2) onus, quod portatur, 3) effatum, sententia, oraculum, 4) cantus. Nonn. reddunt שׁוֹר בְּמִשָּׂא *praefectum portationis*, sc. arcæ¹⁾; rectius vertitur *concentus musici moderator*, LXX ἄρχων τῶν ᾠδῶν, Luth. „der Sangmeister.“ — יָסַר בְּמִשָּׂא, *docendo v. praeinendo melodiam*.

26. וַיִּירָאוּ בְּעֵזֶר רִג' *quum Deus faveret Levitis*, i. e. quum viderent Israelitæ, Levitas sine noxa arcam portare, et ita intelligerent, Deo hoc non displicere.

27. מְבַרְבֵּלֵי *verbum quadrilitt. ἄπ. λεγ., cinctus, indulus*, unde בְּרִבְלָה, *tegumentum, pallium* (Dan. 3, 21).

Sectio XVI.

I Chr. XVI, 4—36.

Rex ministros arcæ constituit, quibus carmen eucharisticum, quod hac occasione composuerat, canendum tradit.

4. זָכַר, *recordatus est, meminit*, Hiph. in memoriam revocavit, 2) commemoravit, spec. cum laude commemoravit, laudavit, *celebravit*, i. q. verba sequentia הִזְכִּירָה et הִזְכִּירָה.

8. Carmen, quod continetur v. 8—36, compositum est ex Ps. 105, 1—15 (v. 8—22), Ps. 96 (v. 23—33) et Ps. 106, 1. 47. 48 (v. 34—36). Ili psalmi haud dubie pertinent ad tempus ætate Davidis longe recentius; imprimis verba v. 35 (Ps. 106, 47): *recollige nos et eripe nos ex gentibus exilii Babylonici tempora arguunt*. Forsan adhibiti fuerunt in consecratione templi secundi, cfr. inscriptionem Ps. 96 apud LXX: ὅτε ὁ οἶκος ᾠκοδομηται μετὰ

1) Ita Michael. „Chanania der Vorsteher der Leviten im Tragen sollte darauf Acht geben, daß beim Tragen der Lade des Bundes nichts versehen würde.“

τὴν αἰχμαλωσίαν, et ita facile autor Chronicorum ad similem solennem occasionem sub regno Davidis eos referre potuit.

19. Pro בְּהַחֲזִיקֶם in l. p. Ps. 105, 12 exstat בְּהַחֲזִיקֶם, quod LXX et Vulg. etiam h. l. legerunt. Syrus vero et Chaldaeus utroque loco lectionem בְּהַחֲזִיקֶם exhibent.

27. הֲדִינָה, Syr. ܗܕܝܢܐ, *gaudium, lætitia*, a הִדָּה, Syr. ܗܕܝܢܐ, Chald. הֲדָה, *gavisus, lætatus est*. Pro הֲדִינָה legitur in l. p. Ps. 96, 6 תִּפְאָרָה, *ornatus*¹⁾).

Sectio XVII.

I Chr. XVI, 37—fin. cap.

David sacerdotes et Levitas Gibeone relinquit ad cultum sacrum ibi in tabernaculo Jehovæ curandum.

39. מִשְׁכָּן, habitaculum, sæpe occurrit ut nomen *tabernaculi sacri*, et absolute positum (Exod. 25, 9. 26, 1 seqq. 40, 9 seqq.) et plene מִשְׁכַּן-הַקֹּדֶשׁ, *tabernaculum legis* (Ex. 38, 21, Num. 1, 50. 53. 10, 11) s. ut h. l. מִשְׁכַּן יְהוָה. — בְּבִמְתָּה אֲשֶׁר בְּגִבְעוֹן, *in loco excelso Gibeone*, cfr. 21, 29, 1 Reg. 3, 4, 2 Chr. 1, 3—13.

41. שְׂאֵר, *reliquie* i. e. *reliqui*, οἱ λοιποί, a שָׂאָר, *reliquus* fuit. — בְּרוּרִים, *electi*, cfr. 7, 40. 9, 22. — אֲשֶׁר נִקְבְּוּ בְּשֵׁמוֹתָם, *nominatim designati*, cfr. 12, 31.

42. וְעִמָּהֶם הָיְמָן וְיִדְדִיתוֹן; hæc verba prorsus redundant; videntur errore scribæ ex v. 41 repetita. A LXX ommissa sunt.

43. Cfr. 2 Sam. 6, 19. 20. סָבַב, 1) *circumivit*, 2) *reversus est*, ἐπιστρέφειν, i. q. שׁוּב.

1) Ceterum quod explicationem horum carminum attinet cfr. F. F. C. Rosenmülleri scholia in Psalmos.

Sectio XVIII.

2 Sam. cap. VII. 1 Chr. cap. XVII.

David cum Nathane propheta consilium de templo Jehovæ extruendo communicat, sed Nathan jussu Dei hoc ei interdicit, addita tamen promissione de filio successore, hoc consilium ejus exsecuturo, et de perpetuitate regni ejus, quamobrem David gratias Deo agit.

2 Sam.

1. וְנִחַתָּה הַנִּיחָה לִּי מִסָּבִיב מִכָּל-אֹיְבָיו, et *Jehova ei quietem ab omnibus hostibus ejus concesserat*; pertinent igitur hæc ad ultimos annos regni Davidis. נִחַתָּה, quievit, Hiph. הַנִּיחָה quiescere fecit, sequi. dat. quietem concessit alicui; verba nostris simillima occurrunt Deut. 12, 10. 25, 19, Josv. 23, 1, ubi LXX vertunt הַנִּיחָה καταπαύειν (cfr. infra v. 11 הַנִּיחָה, ἀναπαύσω), h. vero l. habent κατακληρονόμησεν αὐτόν; videntur igitur pro לִי הַנִּיחָה legisse הַנִּיחָה לִּי.

2. וַיֹּאמֶר תִּמְלֶךָ אֶל-נֶחֱדָן; rex, memor mandati divini Deut. 12, 10. 11, jam tempus adesse putavit, quo templum extrueretur. — וַיִּרְעָה, Syr. ^مم_خ, velum, aulæum, spec. tentorii (rad. ירע, tremuit).

3. בָּל אָשֶׁר בְּלִבְבָהּ רִגַ' ; loquitur hic Nathan ut homo prudens ex sua mente (κατὰ συγγνώμην, 1 Cor. 7, 6), sed v. 4 seqq. ut propheta s. interpres Dei (κατ' ἐπιταγήν), de voluntate divina edoctus.

6. בְּאֹהֶל וּבְמִשְׁכָּן; de discrimine inter אֹהֶל et מִשְׁכָּן v. quæ notata sunt ad 1 Chr. 6, 17. In l. p. 1 Chr. 17, 5 legitur אֶל-מִשְׁכָּן, מֵאֹהֶל אֶל-מִשְׁכָּן, ad quod supplendum est אֶל-מִשְׁכָּן, *versatus sum a tentorio ad tentorium et a tabernaculo ad tabernaculum*, i. e. semper mutavi loca tentorii et tabernaculi. Indicantur diversæ mutationes tabernaculi, quæ imprimis in peregrinatione per desertum factæ sunt.

7. Pro שִׁבְטֵי, *tribus*, legendum videtur שִׁבְטֵי, *judices*, quæ lectio exstat in l. p. Chr., cfr. v. 11; omnes tamen antiquæ versiones lectionem receptam exhibent. Maurer, qui eam retinet, monet, intelligendas esse illas tribus, quæ ante Davidis tempora summam imperii tenuissent, ut Ephraim, Dan, Benjamin.

8. נָחָה (a נָחָה i. q. נָאָה, quievit, sedit, habitavit, Gr. *vaiw*), domicilium, impr. domicilium pecoris, *pascuum, caula*. — מֵאַחַר הַצֹּאן, pr. *a post pecus* i. e. ab agendo s. pascendo pecore.

9. בְּכֹל אֲשֶׁר הִלַּכְתָּ, *ubique incessisti* i. e. in omnibus rebus tuis. — כַּשֵּׁם הַגְּדֹלִים אֲשֶׁר בְּאַרְצָן, *quantum est nomen maximorum* sc. regum *in orbe terrarum*.

10. נִטְעַתִּיר, *plantavi eum* i. e. sedes stabiles ei concessi; hæc metaphora sæpissime occurrit; opponitur בָּתַשׁ, evellit, metaphor. expulit. — וְשָׁכַן תְּהֵיתִי, *ut habitet in loco suo*, sc. constanter et quiete.

11. וְלִמֵּן-הַיּוֹם וְגו', *et inde a die* (i. e. et eo tempore), *quo judices populo meo Israeli præfeci*; conjungenda sunt hæc cum v. præced., ita ut Silluk cum Soph pasuk post וְשָׁכַן demum ponatur. — עָשָׂה בֵּיתָ לְ (h. l. et Exod. 1, 21) i. q. לְ בֵּיתָ בָּנָה (v. 27, Deut. 25, 9, Ruth 4, 11), *adificare alicui domum* i. e. soholem alicui dare.

12. Pro נִצָּא legendum est נִצָּא, quum Salomo eo tempore jam natus esset (J. D. Michael., Dathe).

13. עַד-עוֹלָם sæpissime occurrit de tempore *admodum longo*, et sic potest accipi h. l. et v. 16; constat enim, familiam Davidis per annos fere quingentos regnasse. Sed Ps. 89, 30. 37. 38, ubi hæc promissio Davidi data commemoratur, formula עַד-עוֹלָם explicatur per בְּיָמַי שְׁמַשׁ, בְּשָׁמֶשׁ, ¹⁾ בְּנֵרָה, quæ,

1) Cfr. etiam Ps. 72, 17: לְעַד-שָׁמֶשׁ — יְהִי שְׁמוֹ לְעוֹלָם.

nisi cum Gesenio ¹⁾ hyperbolice dicta esse statuas, non intelligi possunt nisi de æterno imperio a Messia condendo.

14. אָנִי אֶתְהַיָּה - לִי לְאֵב יְהוּא יְהִי - לִי לְבֵן; hæc verba, de Salomone dicta, citantur Hebr. 1, 5, ubi transferuntur ad Messiam; explicationi vero de Messia obstant verba proxime sequentia. Similia leguntur Ps. 89, 27. 28; principes in univ. dicuntur filii Dei Ps. 82, 6. — אֲשֶׁר בְּהַעֲשִׂיהוּ רָגַ' cfr. Ps. 89, 32 seqq. עָרָה, flexit, torsit, 2) peccavit (unde עֲוֹן, perversitas, peccatum), Hiph. pravam fecit, depravavit sc. viam s. agendi rationem (הִעֲשִׂיהָ אֶת - דְּרָכָה, Jer. 3, 21) h. e. prave egit, cfr. 19, 20. 24, 17. Per נָגַעְתָּ בְּנֵי אָדָם et שָׁבַט אֲנָשִׁים indicantur castigationes paternæ, clementes. נָגַע, percussio, plaga (a נָגַע, tetigit, læsit), adhibetur ut מָצָח et מִגָּפָה imprimis de calamitatibus, quas Deus hominibus immittit, ita Gen. 12, 17.

15. אֲשֶׁר הִסִּירְתִּי מִלְּפָנֶיךָ, quem removi e conspectu tuo i. e. quem removi a regno, ut tibi locum faceret, cfr. I. p. 1 Chr. 17, 13. Pro מִלְּפָנֶיךָ, quod Chaldæus expressit, LXX, Syr., Vulg. legerunt מִלְּפָנֶי, ἐκ προσώπου μου; ita etiam v. 16 LXX et Syr. pro לְפָנֶיךָ exhibent לְפָנֶי, ἐνώπιόν μου, quæ lectio receptæ præferenda videtur, cfr. v. 26.

17. הִזְיִן i. q. הִזְיִן et הִזְיִן, visio, revelatio, ὄρασις.

A v. 18 sequitur gratiarum actio Davidis ob illud promissum divinum. — נָחֵבָא, venit, sc. ad locum sacrum. הִשָּׁב לְפָנֵי יְהוָה, LXX καὶ ἐκάθισεν ἐνώπιον κυρίου, Vulg. et sedit coram Domino; J. D. Michael. et Dathe pro נָחֵבָא aliis punctis subjectis legerunt הִשָּׁב, quod ponendum esset ante נָחֵבָא: reversus est et adiit i. e. iterum adiit locum sacrum, sed hac mutatione non opus est, quum נָחֵבָא verti

1) Lex. man. Hebr. et Chald. p. 745.

possit mansit sc. diu; ita recte Luth. „und blieb vor dem Herrn.“ — הִבִּיאֲתִיךָ, *perduxisti me*; LXX vertunt ἡγάγησάς με, ac si scriptum esset אֶהְבִּיתִיךָ. — הֵלֵם, adv. loci: *huc et hic* (Gen. 16, 14); עַד-הֵלֵם, *hucusque*, usque ad hunc locum, ab hostibus olim possessum, nunc vero regiam meam et domicilium tuum.

19. וְזֹאת תּוֹרַת הָאָדָם אֲדַבֵּר יְהוָה; hæc verba, ut ea quoque, quæ exstant in loco parallelo, difficillima sunt et diversissimis modis explicata. Antiquæ versiones verbotenus ea reddunt; LXX οὗτος δὲ ὁ νόμος τοῦ ἀνθρώπου κύριέ μου κύριε, Syr. הַנְּלִי טַרְסָא לְנַפְּסֵי לְאִישׁ, *hæc est institutio hominis, Domine Deus!* Vulg. *ista est enim lex Adam, Domine Deus!* Lutherus, quem multi inter antiquiores ecclesiæ nostræ theologos sequuntur, vertit: „daß ist eine Weise eines Menschen, der Gott der Herr ist“, ita ut innuatur Messias θεάνθρωπος (הָאָדָם אֲדַבֵּר יְהוָה), ille homo, qui est Dominus Deus). Seb. Schmidt et qui eum sequitur J. H. Michaelis verba referunt ad ea, quæ dicta sunt v. 14: *ego pater ei ero, et ille filius mihi erit*, quæ de Messia intelligunt, et subintelligentes ὃ quod exstat in l. p. ante תּוֹרַת vertuat: *idque secundum legem* i. e. *statum hominis, Domine J.* hoc sensu: illud, quod locutus es, te fore semini meo patrem et illud tibi filium, dictum est a te secundum conditionem hominum mortalium et miserorum, quorum redimendorum causa statum istum mortalem subiturus est Messias. J. D. Michael. interrogative verba sumit: „ist diß, o Herr, o Schova! dem Craißlauf der menschlichen Dinge gemäß?“ Multi, inter quos Schnurrer¹⁾, Schulz, Dathe, hunc sensum esse statuunt: *et hæc erit lex hominum v. hominibus observanda*, i. e. *promissio hæc tua vim*

1) Dissertationes philologico-criticæ, Gothæ 1790, p. 263.

legis habebit apud homines, quam a te latam nemo mortaliū irritam reddere poterit, coll. Lev. 12, 7 זאת תורה הילכה, hæc est lex puerperæ h. e. quæ spectat puerperam, ib. 14, 2 זאת תורה הורה המצרע hæc esto lex leprosi h. e. leproso servanda. Sed quum h. l. omissio verbi תורה durior esset, quia in præcedentibus non sermo est de lege, sed de promissione, præferenda videtur aliorum explicatio: *atqui hæc est consuetudo v. agendi ratio hominis* i. e. familiariter mecum agis, ut homines cum hominibus agere solent (Grotius, Maurer, al.). Verba אדני יהוה non per appositionem cum anteced. הוה conjuncta esse, quod Lutherus multique alii statuerunt, sed in vocat. casu accipienda, ut antiqui interpretes sumserunt, patet ex eadem Dei appellatione v. 18, hoc ipso v. in antec. et v. 20. In loco parallelo I Chr. 17, 17 legitur וראיתני כחור האדם המעלה יהוה אלהים, secundum verba: *et respexisti me secundum modum hominum* (quoad) *celsitudinem*, J. Deus! (תורה i. q. תורה, *modus, ratio*; מעלה, pr. ascensus, deinde *locus editus, celsitudo*); sensus mihi videtur esse: familiariter mecum egisti ex consuetudine hominum, dum promisisti mihi talem dignitatem. Ceterum innumeræ sunt interpretationes; e. g. LXX καὶ ἐπείδες με ὡς ὄρασις ἀνθρώπου, καὶ ὑψώσας με, Vulg. *fecisti me spectabilem super omnes homines*, et ita fere Dathe *me singulari præ aliis hominibus prærogativa dignatus es*, Luth. „du hast angesehen mich als in der Gestalt eines Menschen, der in der Höhe Gott der Herr ist“, J. D. Michael. „du zeigst mir den Glanz eines auß höchsten erhabenen Menschen, o Herr! o Jehova!“ Maurer *et me intuitus es secundum hominum consuetudinem* i. e. familiariter mecum egisti (tu, qui es) *in loco excelso*, Jova, *deus!* addit: nisi fortasse מעלה de ipso deo dicatur: *o celsitas* h. e. celsissime Jova *deus!*

20. וַאֲתָהּ יָרֵעָה אֶת-עַבְדְּךָ, *tu nosti servum tuum* i. e. nosti animi mei sensa.

21. בְּעִבּוֹר דְּבָרְךָ, *propter verbum tuum* i. e. promissum tuum. In l. p. 1 Chr. 17, 19 legitur בְּעִבּוֹר עַבְדְּךָ, *propter servum tuum*. — כְּלָבָה, *secundum cor tuum* i. e. pro arbitrio tuo sine ullo merito meo. — גְּדוּלָה, pr. magnitudo, concr. *magna Dei facinora*. — לְהוֹדִיעַ אֶת-עַבְדְּךָ, *ad indicandum s. indicando servo tuo*. In l. p. legitur לְהוֹדִיעַ אֶת-כָּל-הַגְּדוּלוֹת, *res tantas patefaciendo*.

22. זָוִלָה, pr. subst. remotio, cum suff. præp. *præter*, ἀλλῆν. Cfr. h. v. cum Ps. 18, 32, Jes. 45, 5, Deut. 6, 4, Marc. 12, 29. 32, 1 Cor. 8, 4.

23. אֲשֶׁר תִּלְכֶם אֱלֹהִים וְגו' ; אֲשֶׁר תִּלְכֶם אֱלֹהִים ; *est objectum verbi לְפָדוֹת*. אֱלֹהִים, ubi unum verum Deum significat, plerumque cum verbo singulari jungitur; interdum vero, numeri grammatici potius quam significationis ratione habita, sequitur prædicatum in plur., ita præter h. l. Gen. 20, 13. 35, 7. In l. p. adest forma singul. תִּלְכֶּךָ. — שוּם, ponere, pro עָשָׂה, facere, sibi comparare, ut sæpe. — שֵׁם, h. l. *nomen celebre, gloriosum*, ut Gen. 6, 4. 11, 4. Totus versus ita vertendus est: *Quinam populus in orbe terrarum cum populo tuo Israele comparandus est, ad quem sibi vindicandum Deus processit, et ad nomen sibi faciendum et ad patrandum vestri causa* (aut, si pro לְכֶם legimus cum Vulg., Syr., Dathe, al. לְהֶם: *ejus causa*) *magna et terribilia erga terram tuam propter populum tuum, quem redemisti tibi ex Ægypto, a gentibus et diis ejus*. Pro לְאֶרְצָךָ J. D. Michael. et Dathe legerunt לְגַרְשֵׁךָ, quod exprimitur a LXX: τοῦ ἐξβαλεῖν σε, et occurrit in l. p. 1 Chr. 17, 21; secundum hanc lectionem verba post הַגְּדוּלָה וְהַנְּרֵאוֹת sequentia ita vertuntur: *dum expulisti propter populum tuum, quem redemisti tibi ex Ægypto, gentes sc. Cananæas et deos earum*. Ceterum

LXX vertunt כראות *ἐπιφάνεια*, commutantes verbum כרא, *timuit*, cum ראה, *vidit*, et pro אכלהו legerunt אהלים: σκηνώματα, *tentoria*.

27. גלה, *nudavit*, גלה און, *nudavit aurem*, *revelavit*. — מצא את-לבו, *invenit animum suum* i. e. ausus est.

28. אמת-הוא האלהים, *tu es ille Deus*, unice hoc nomine dignus.

29. הואל וברך, *placeat tibi fortunare*; הואיל, *incepit*, interdum majori cum vi: *placet* alicui.

Sectio XIX.

2 Sam. cap. VIII. 1 Chr. cap. XVIII.

Bella Davidis cum Philistæis, Moabitis, Hadarezero rege Zobæ, Syris Damascenis et Edomitis feliciter gesta. Prædam iis ereptam rex Jehovæ consecrat. Ministri regis.

Quum in hisce capitibus narratio continuetur de rebus in bello a Davide gestis, quoad argumentum conjungenda sunt cum 2 Sam. cap. 5 et 1 Chr. cap. 14, ubi priora ejus bella commemorata sunt.

2 Sam.

1. כנע in Kal inausit., Hipl. *depressit, subegit*. — ויקח את-מטה האמה מיד פלשתים, *et sumpsit D. frenum metropoleos e manu Philistæorum* (אמה, 1) cubitus, ulna, 2) metropolis, ut נס 20, 19) i. e. metropolin Philistæorum sibi subjecit 1), cfr. proverbium Arabum: *tradidit capistrum suum alicui* i. e. arbitrio ejus se commisit. LXX

1) De hac locutione v. Gesenius Geschichte der hebr. Sprache und Schrift, Lips. 1815, p. 41.

מתג האמה *vertunt τὴν ἀφωρισμένην*, Vulg. *frenum tributi* et Luth. „den Dienstzaum“, J. D. Michael. „die Hulldigung“, monens verba pr. significare aut *frenum cubili* aut *frenum populi* (מתג האמה). In l. p. legitur גַּת וּבְנֵיהֶּיהָ, *Gath et vici ejus*, quam lectionem Dathe h. l. recepit.

2. הַבָּלִים, funes, per meton. *partes fune dimensæ*. — נְשָׂאֵי מִנְהָהּ, *donum ferentes* i. e. tributum solventes, tributarii.

3. Pro הַדְרָעָזָר multi codices habent הַדְרָעָזָר, quæ lectio exstat 10, 16. 19 et in l. p. 1 Chr. 18, 3 seqq. Sic quoque LXX Ἀδραῶζαρ et Josephus (Antiqu. VII, 5, 1) Ἀδραῶζαρος, Vulg., Syr., Arabs. — צוֹבָה v. צוֹבָא, civitas Syriae (10, 6. 8, Ps: 60, 2 צוֹבָה (אַרְם צוֹבָה)), quæ Damasco vicina fuisse et Hamatham comprehendisse videtur (cfr. l. p. Chr. מֶלֶךְ צוֹבָה הַמֶּחֶה), unde hæc urbs צוֹבָה הַמֶּחֶה vocatur 2 Chr. 8, 3¹⁾. Syri Zoban *Nesibin* (ܢܫܝܒܝܢ) urbem Mesopotamiæ esse volunt, eosque secuti sunt J. D. Michael.²⁾, Schulz, Dathe. — בְּלָכְתּוֹ לְהָשִׁיב, *quum procederet* (sc. Hadarezer), *ut dominium suum ad Euphratem restauraret* (הָשִׁיב יָדוֹ בְּ, pr. convertit manum suam i. e. extendit limites regni sui ad; in l. p. הָשִׁיב יָדוֹ בְּ, pr. posuit manum suam in). Alii suffixum in בְּלָכְתּוֹ et יָדוֹ ad *Davidem* referunt, ut sensus hic prodeat: quum David procederet, ut eam euphratensis regni partem, quam Saulo rege Israelitæ occupaverant (1 Sam. 14, 47), postea vero, rebus eorum inclinatis, Hadarezerus receperat,

1) Cfr. *Rosenmüller Handbuch der bibl. Alterthumskunde*, vol. I. 2. p. 250, *Gesen.* lex. man. p. 857, *Winer Bibl. Realwörterb.* II. p. 852.

2) De Soba Davidis, Nesibi, in *Commentatt. societati regiae scientiarum Goettingensi* per a. 1763—68 oblatis. Ceterum cfr. ad cap. nostrum et cap. 10 ejusdem autoris histor. belli Nesibeni, quæ in eadem dissertationum collectione legitur.

in potestatem suam redigeret. נָהָר, fluvius, הַנְּהָר זֶאת' ἔξοχόν, etiam omissio articulo נָהָר: *Euphrates*, cfr. Gen. 31, 21, Exod. 23, 31, Jes. 7, 20. 8, 7, Jer. 2, 18, Mich. 7, 12 (הַנְּהָר הַגָּדֹל Gen. 15, 18, Dent. 1, 7). Masorethæ h. l. in margine apposuerunt nomen בְּרַת, quod legitur in multis codicibus, in omnibus antiquis versionibus et in l. p. Chr.

4. אֶלֶף וּשְׁבַע־מֵאוֹת פָּרָשִׁים, *mille et septingenti equites*; apud LXX, in l. p. Chr. et Jos. Antiqu. VII, 5, 1 legitur *septem millia*, et additur *mille currus*. — רַגְלֵי (א רַגַל, pes) *pedes*, ubique sensu militari. — עֲקָרָה significat *nervos pedum equo succidere*, quo corruat et operi impar evadat. — רֶכֶב, currus, h. l. *de equis curribus junctis*, ita etiam 1 Chr. 19, 18, Ezech. 39, 20.

5. Pro הַמְּשֻׁקָה exstat in l. p. Chr. forma הַרְמְשֻׁקָה, Dagesch forti more Syrorum in ה resoluto.

6. נִצְיָב, h. l. *praesidium*, cfr. v. 14, 1 Chr. 11, 16. — הוֹשִׁיעַ, tuitus est, servavit, *victoriam dedit*.

7. שְׂלָטִים (sing. שָׁלַט non occurrit) *scuta*; al. *pharetras* v. *spicula* intelligunt (J. D. Michael., Schulz). — עֲבָרִים, h. l. *milites*, ut sæpius, cfr. 2, 12. — Sub finem hujus v. LXX addunt: καὶ ἔλαβεν αὐτὰ Σουσακίμ βασιλεὺς Αἰγύπτου, ἐν τῷ ἀναβῆναι αὐτὸν εἰς Ἱερουσαλὴμ ἐν ἡμέραις Ποβοὰμ υἱοῦ Σολομῶντος, cfr. Jos. Antiqu. VII, 5, 3.

8. בְּתַח (LXX Μετεβάκ), in l. p. 1 Chr. 18, 8 בְּתַחַת (LXX Ματαβέθ), urbs ignota. — בִּרְתֵי præter h. l. commemoratur Ezech. 47, 16, ubi forma בְּרִיתָה exstat; vulgo intelligitur *Berytus*, oppidum Phoenicum ad mare mediterraneum situm, hodie Bairuth (بيروت)¹⁾; in l. p. dicitur

1) Ex l. c. Ezech. videtur בְּרִיתָה Hamathæ vicinum fuisse, quare alii *Biratham*, urbem ad Euphratem sitam, intelligunt, cfr. *Wiener Bibl. Realwörterb.* I. p. 181.

בון, quod multi Saturnopolin exponunt (כַּיּוֹן Saturnus, Amos 5, 26), quia Saturnus Beryti conditor putabatur. LXX in utroque loco habent ἐκ τῶν ἐκλεκτῶν πόλεων, בְּרִחֵי, appellative sumentes a rad. בָּרַח, elegit. — נְחֹשֶׁת הַרְבֵּיהּ מְאֹד, magna copia æris; in l. p. Chr. hæc addita sunt: ex quo Salomo lacum æneum (יַם הַחֹהֶשֶׁת) h. e. lavacrum magnum in atrio interiori templi Salomonei, quod describitur 1 Reg. 7, 23—26 et 2 Chr. 4, 2—5), columnas et vasa ænea fecit, quæ etiam h. l. apud LXX leguntur.

9. תָּעַי in l. p. dicitur תָּעַי.

10. יִזְרָם, in l. p. תְּהוֹרָם. — לְשׂאֵלֶיךָ לְשׂוֹם, pr. ad interrogandum eum de pace i. e. ad salutandum eum, cfr. Gen. 43, 27. — לְבָרְכֶךָ וְג', ad gratulandum ei, quod cum Hadarezero bellum gesserat eumque profligaverat. — אִישׁ מִלְחָמָה (Num. 31, 28, Joel 2, 7) s. אִישׁ מִלְחָמָה (Jes. 42, 13), vir bellorum i. e. bellator, miles (ut אִישׁ אֲדָמָה, vir terræ, agricola, Gen. 9, 20, אִישׁ שָׂדֵה, vir agri, venator, Gen. 25, 27), h. l. adversarius in bello, LXX ἀντιχείμενος, Vulg. hostis. Ante הִרְדֵּינֶיךָ subintelligendum est cum v. contra, LXX τῷ Ἀδρααζάρ.

11. כָּבַשׁ, Kal et Piel subegit, subjecit sibi.

12. בְּנֵי עַמּוֹן, Ammonitæ, h. l. per prolepsin nominati videntur, cfr. cap. 10. — עַמְלֵק, cfr. 1 Sam. cap. 30.

13. וַיַּעַשׂ דָּגֵר לְיָם, alii: D. magnam nominis famam et gloriam sibi paravit, coll. 7, 9, 23, Gen. 11, 4, alii, quia לָךְ desideratur, rectius: D. monumentum s. tropæum erexit, cfr. Jes. 55, 13, ubi יָם synonymum est cum אִוִּת. — Pro אֲרָם haud dubie legendum est אֲדוּם, quæ lectio adest in nonn. codd., in vers. LXX, Syr., Arab., in ll. pp. 1 Chr. 18, 12 et Ps. 60, 2, et defenditur argumentis internis, quum v. sequi occupatio terræ Edomiticæ, quæ illam victoriam exceperit, describatur, et antea commemorata sit

victoria de Syris reportata. In l. c. Chr. Abisæus victor dicitur, in Ps. cit. Joabus, h. l. ipse David ¹⁾. — גַּיִת-מְלַח (גַּיִת מְלַח), *vallis salis*, ad australe litus maris mortui (גַּיִת מְלַח); in eadem valle Amazia Edomitis magnam cladem intulit (2 Reg. 14, 7, 2 Chr. 25, 11).

14. וַיְהִי כֵּל-אֲרוֹם עֲבָדִים לְדָוִד, cfr. verba Jehovæ Gen. 25, 23, Jacobi Gen. 27, 40, Bileami Num. 24, 18.

16. מְזַכֵּר (part. Hiph. a זָכַר), *memoriæ prodens* i. e. cancellarius, historiographus, annalibus regni præfectus, LXX ἐπὶ τῶν ὑπομνημάτων, in l. p. ὁ ὑπομνηματογράφος.

17. וַיֵּצֵאוּ בֶן-אֲחִישָׁב גַּת-מֶלֶךְ בֶּן-אֲחִישָׁב בְּתָנִים; quum ex 1 Sam. 22, 9. 11. 12. 20. 23, 6. 30, 7 constet, *Abjatharum filium Achimelechi* fuisse, Achimelechum vero, a Saulo interfectum, filium Achitubi, quumque in aliis ministrorum Davidis recensioibus *Zadokus et Abjathar* sacerdotes nominentur (1 Chr. 15, 11, 2 Sam. 15, 24 seqq., 20, 25), nulla potest esse dubitatio, quin nomina h. l. et in l. p. 1 Chr. 18, 16 transposita sint, errore tamen perantiquo in codd., nam unus Syrus interpres illam lectionem exhibet, LXX vero, Vulg., Chald. receptam ²⁾. Pro אֲחִישָׁב l. p. Chr. habet אֲחִישָׁב, ut videtur vitio scriptionis, quum alibi in hoc libro ut in II. Samuelis illud nomen occurrat. — Pro שָׂרֵיָה

1) *J. D. Michaelis* (Oriental. Bibliothek, vol. XIII p. 226) putat, verba Ps. cit. אֲחִישָׁב יָצָא וַיָּשָׁב יוֹאָב hic inter אֲחִישָׁב et גַּיִת-מְלַח legenda esse: *David monumentum crexit, quum rediret ex proelio cum Syris, et Joabus rediisset et profligasset Edomitas in valle salis.*

2) Eandem transpositionem invenimus 1 Chr. 24, 6, et vv. 3, 31 ej. cap. pro *Abjathar* habent *Achimelech*; Marc. 2, 26 contra pro *Achimelech* legitur *Abjathar*, quare multi statuerunt, utrumque nomen et patri et filio fuisse.

legitur in l. p. Chr. שִׁישָׁא (LXX etiam h. l. Σασά), 20, 25 שִׁישָׁא. — סוֹפֵר, *scriba*, Statssecretær, LXX γραμματεὺς.

18. וְהַקָּרְתִּי וְהַפְּלִיתִי; וְהַקָּרְתִּי, *carnifex*, a קָרַח secuit, abscondit; וְהַפְּלִיתִי, *cursor publicus* (cfr. Arab. فَكَّرَ, *celer*) a פָּלַח, evasit, fugit, i. q. פָּלַט; non occurrunt hæc nomina nisi conjuncta articulo præfixo et sensu colectivo: *carnifices et cursores i. e. custodes corporis s. satellites* (Jos. Ant. VII, 5, 4 σωματοφύλακες) *Davidis*, quorum erat tum supplicia exsequi¹⁾, tum mandata regis quam citissime ad eos deferre, qui muneribus regiis præfecti erant; commemorantur præter h. l. 15, 18, 20, 7, 23, 1 Reg. 1, 38, 44. Pro וְהַקָּרְתִּי legitur in ll. pp. 20, 23 et 1 Chr. 18, 17 עַל-הַקָּרְתִּי, *præfectus satellitum*, quæ lectio h. l. recipienda est. — וּבְנֵי דָוִד כֹּהֲנִים הָיוּ, *et filii Davidis sacerdotes erant*; multi putant, וּבְנֵי דָוִד כֹּהֲנִים הָיוּ, etiam *principes* notare, et h. l. esse i. q. הָרָאשִׁימִים לְיַד הַמֶּלֶךְ, *primates a latere regis i. e. summi regni administri* (l. p. Chr.), sed Gesenius monet, notionem sacerdotis unice veram esse. In altero loco parall. 20, 26 יָרִיאָה dicitur כֹּהֲנֵי דָוִד; videntur intelligi *sacerdotes domestici*. Autor Chronicorum emendatione sua cavere voluit, ne David sacerdotes alius quam leviticæ stirpis habuisse crederetur²⁾.

1) Cfr. 1 Reg. 2, 25, 34, 46, ubi Bënaja præfectus eorum dicitur supplicium sumsisse de Adonia, Joabo et Simei.

2) Ex h. l. gravissimum argumentum petitur pro illa sententia, hierarchiam Leviticam, in Pentateucho ad Mosen relatam, tempore longe seriori (sub finem regni Judæ) sensim sensimque excultam fuisse, cfr. H. Leo Vorlesungen über die Geschichte des Jüdischen Staates, Berol. 1828, p. 54—87, 148. Num. 3, 10, 38 sub poena mortis interdicitur aliis quam posteris Aaronis munere sacerdotali fungi.

Sectio XX.

2 Sam. cap. IX.

David amicitiae cum Jonathane memor filium ejus Mephibosethum in aulam suam vocat et fundis Sauli donat.

3. הַאֲפֵס עִיד אִישׁ, *an nemo superest*; עָסָה (ab עָסָה, cessavit, esse desiit, defecit) pr. cessatio, defectus, et subst. finis, extremitas (אֲפֵסִי - אֲרָקָה Ps. 2, 8. 22, 28) et adv. non, i. q. אֵין. — הַיָּסֵד אֱלֹהִים, *benignitas Dei* (cfr. 1 Sam. 20, 14 הַיָּסֵד הַיְהוָה) i. e. summa benignitas, qualem Dens hominibus exhibet; alii: *beneficentia jurejurando promissa*, putantes Davidem respexisse ad foedus cum Jonathane et Saulo, jurejurando per Jehovam interposito, inquit, 1 Sam. 20, 14—17. 42, 23, 18. 24, 22. 23 (J. D. Michael. „die bey Gott beschworne Freundschaft“, Schulz, Dathe). — גִּבְהַ רְגֵלָיִם, cfr. 4, 4, ubi Mephibosethi prima vice mentio fit.

4. אֵיפֹה (compositum ex אֵי, ubi, et פֹּה, hic, ita) *ubi*, distinguendum ab אֵצֶיחַ, tandem. — מְקִירָה commemoratur 17, 27 seqq. inter eos, qui Davidi in bello cum Absalomo alimenta suppeditabant. — לֹא דָבָר לִי דָבָר (i. e. sine pascuo) 17, 27, oppidum Gileaditidis.

7. אֶל-תִּירָא, *metum depone*; nimirum timere potuit Mephibosethus, ne David, crudelem regum Asiaticorum morem sequens, totam antecessoris familiam exstirparet. — שְׂאוֹל אֲבִיךָ, *S. avi tui*, cfr. Gen. 28, 13. — שְׂלָחָן, *mensa*, τροπέζα (a שְׁלַח, misit, emisit, extendit), ab extendendo v. expandendo dicta.

8. הַקָּלֵב הַמֵּת, *canis mortuus* i. e. homo abjectus et inutilis, cfr. 16, 9, 1 Sam. 24, 15; similis phrasis קָלֵב מֵת, *caput canis*, 3, 8. — אֲשֶׁר בְּמוֹנִי, *qualis ego sum*, cfr. Gen. 44, 15.

9. נַעַר, h. l. *servus*, i. q. עֶבֶד (v. 2), cfr. 16, 1, Gen. 22, 3, 1 Sam. 2, 13.

10. וְהָיָה לָהֶם וְאָכְלוּ, *ut sit cibus, quem comedat*, i. e. ut habeat, unde vivat.

11. עַל-שִׁלְחָתִי, *ad mensum meam*; hæc lectio parum apta est, quia non rex loquitur, sed scriptor in historia pergit; sine dubio legendum est עַל-שִׁלְחָתוֹ, *ad mensam ejus*, ut LXX habent: ἐπὶ τῆς-τραπέζης Δαυὶδ, et Syr. חַלְּ סֹלְאָן מֶלֶךְ, *ad mensam regis*.

12. מִיֹּשְׁבֵי, 1) sedes, 2) habitatio, 3) incolæ, habitatores, מִיֹּשְׁבֵי בֵית, *domestici*.

Sectio XXI.

2 Sam. cap. X. 1 Chr. cap. XIX.

Chanun, rex Ammonitarum, legatos Davidis contumeliose tractat, quam injuriam David bello ulciscitur, in quo Ammonitæ cum Syris sociis suis magna clade afficiuntur.

2 Sam.

2. עָשָׂה הַסֵּד, h. l. *amicitiam colere*.

3. דָּקַר, scrutatus est, investigavit, i. q. sequi. רָגַל.

4. זָקֵן, mentum barbatum, *barba*, Syr. זָקֵן (senex fuit). Abscisio barbæ pro summa infamia apud Orientales habetur. — מְדֻרְהָם, *vestes eorum* (forma sing. מְדֻרָה, rad. מָדַה), modo h. l. et in l. p. Chr. — שְׂתוּחַ, nates, (sing. שֵׁחַ, Jes. 20, 4), i. q. מִפְשָׁעָה, ἀπαξ λεγ., quod exstat in l. p. (rad. פָּשַׁע gressus est, Jes. 27, 4, unde etiam פָּשַׁע, passus, 1 Sam. 20, 3).

5. כָּלַם, Hiph. convitiari, ignominia afficere, ἀτιμάζειν, Niph. *ignominia affici*. — וְיָרְחוּ v. וְיָרְחוּ (1 Reg. 16, 34

(יריחה), LXX et N. T. Ἰεριχώ, Josephus Ἰεριζοῦς, Strabo Ἰεριζοῦς, urbs Palæstinæ in vicinia Jordanis et maris mortui (secundum Josephum 60 stadiis a Jordane et 150 stadiis ab Hierosolymis distans), intra fines Benjaminitarum sita in fertilissima terræ regione, quæ fonte largissimo irrigabatur et fruticibus balsami palmisque abundabat, quare etiam vocabatur עיר התמרים, *urbs palmarum* (Deut. 34, 3, Jud. 1, 16. 3, 13, 2 Chr. 28, 15) ¹⁾. A Josva devastata (Josv. 6, 24), jam temporibus judicum restituta commemoratur (Jud. 3, 13). Herodes Magnus Hierichunte, quam valde amplificavit, diem obiit. Nunc est vicus parvus nomine *Richa*.

6. בַּאֲשׁ, male oluit, foetuit, Niph. foetidus et metaphor. *invisus, odiosus factus est*, cfr. 16, 21. — בֵּית־רְחֹב v. רְחֹב absol., urbs Aseritarum in finibus Palæstinæ borealibus in convallibus Libani nec procul a fontibus Jordanis sita (Num. 13, 21, Josv. 19, 28. 30. 21, 31, Jud. 1, 31. 18, 28); secundum nomen hujus urbis. Cicitur vicina Syriæ pars אֶרֶץ בֵּית־רְחֹב. J. D. Michael. et Schulz intelligunt partem Assyriæ (Adiabenen) coll. רְחֹב Gen. 10, 11. In l. p. 1 Chr. 19, 6 pro אֶרֶץ בֵּית־רְחֹב legitur אֶרֶץ נְהַרִים, *Mesopotamia*. — אֶרֶץ צוּבָא, v. ea, quæ supra ad 8, 3 notata sunt. — מִעֲבָדָה, nomen regionis in orientalibus Palæstinæ transjordanensis finibus sitæ (Deut. 3, 14, Josv. 12, 5. 13, 11. 13 una cum אֶרֶץ שָׁרָר commemor.), unde propinquus Syriæ tractus appel-

1) Quum ager Hierichuntinus, in medio deserto situs, totius Palæstinæ amoenissimus et fertilissimus esset, Josephus (Bell. Jud. V, 4) non dubitavit eum *θεῖον χρωδον* appellare. Videtur urbs nomen traxisse a balsami rosarumque odore (הַרִיחַ odoratus est, יְרִיחַ igitur *locus fragrans*); rosarum Hierichuntis mentio fit Sir. 24, 18.

labatur מַעֲבָה אֶרֶם (1. p. Chr.) — טוב, regio transjordanensis, quæ etiam commemoratur Jud. 11, 3 et 1 Macc. 5, 13 *Τώβιον*. — In l. p. 1 Chr. 19, 7 dicuntur Ammonitæ duo et triginta millia curruum conduxisse, in quo numero versiones antiquæ cum textu Hebr. consentiunt¹⁾. Numerus quidem nostro loco idem est (שְׁנַיִם-עָשָׂר אֲלָף et עֶשְׂרִים אֲלָף); hic vero indicantur *pedites*.

8. פָּתַח הַשַּׁעַר, παρὰ τῆ θύρα^ς τῆς πόλεως, in ostio portæ i. e. ante portam oppidi, sc. metropoleos Rabbæ.

11. הָזֶק, firmus, fortis fuit (v. 12), sequ. מִן *prævaluit, superavit*.

16. הַיְלֵם v. הַלְּאָם (v. s.), urbs omnino ignota; hoc solo loco commemoratur, LXX *Αλλάμ*. — שׁוֹבָה in l. p. dicitur שׁוֹבָה.

18. Pro שֶׁבַע מאות רבב וְאַרְבָּעִים אֲלָף פָּרָשִׁים, *septingenti currus et quadraginta millia equitum*, l. p. Chr. habet שֶׁבַע מֵאוֹת רַבָּב וְאַרְבָּעִים אֲלָפִים רַבָּבִים, *septem millia equitum* (pr. curruum) *et quadraginta millia peditum*, quod rectius videtur, cfr. Jos. Antiqu. VII, 6, 3.

19. שָׁלֵם, integer fuit, 2) pacem (שְׁלוֹם) habuit cum aliquo, Hiph. *pacem fecit*.

Sectio XXII.

2 Sam. cap. XI et XII. 1 Chr. XX, 1—3.

Durante obsidione Rabbæ David adulterium cum Bathseba committit eamque, marito ejus Uria e medio sublato, uxorem ducit. Quod peccatum a Nathane propheta graviter reprehenditur, et a Jehova morte filii ex adulterio nati punitur, pro quo Salomo nascitur.

1) Syr. tamen habet $\leftarrow \overset{7}{\text{ܐܘܪܝܢܐ}}$, equites, non currus.

Rabba tandem a Davide expugnatur, qui severa de Ammonitis supplicia sumit.

2 Sam.

Cap. XI. 1. לְחֹשֶׁבֶת הַשָּׁנָה, pr. *ad reditum anni* i. e. anno vertente. — לָעֵת צִיָּת הַמְּלָאכִים (Kri מְלָכִים pro Cthib מְלָאכִים legendum, cfr. l. p. 1 Chr. 20, 1), *tempore, quo solent reges in bellum exire* (pr. tempore exitus regum) i. e. tempore verno. Maurer: *tempore, quo expeditionem fecerant reges isti*, sc. hostes Davidis 10, 19 commemorati, הַמְּלָכִים עֲבָדֵי הַחַרְשָׁנָה; addit, etiam מְלָאכִים legi posse: *tempore, quo profecti erant legati* (10, 2); ita quoque Michaelis vertit: „ein volles Jahr nach der Zeit, da die Gesandtschaft abgeschickt war.“ — רַבָּת בְּנֵי עִמּוֹן רַבָּה s. plenius רַבָּת בְּנֵי עִמּוֹן (12, 26), metropolis Ammonitarum, postea a Ptolemæo Philadelpho rege *Philadelphia* appellata. Apud LXX dicitur *Ῥαββύθ*, a Josepho *Ῥαβαθά* et *Ἀραμαθά*, a Polybio *Ῥαβαθαύανα τῆς Ἀραβίας*, apud Abulfedam *عمان*, *Amman*, quo nomine ruinæ ejus etiamnum insiguntur. Erat alia urbs רַבָּה in tribu Judæ sita (Josv. 15, 60).

2. Narratio, quæ ab h. v. ad 12, 25 de peccato et poena Davidis legitur¹⁾, omissa est ab autore Chronic., qui in obsidione et expugnatione Rabbæ commemorandis subsistit. — מִצֵּל מִשְׁכְּבוֹ; somnum a meridie ceperat, cfr. 4, 5 מִשְׁכַּב הַצֶּהֳרָיִם.

3. אֲוִירָה הַחִתִּי, *Urias Chittæus*, igitur genere Canaanita erat; 23, 39 nominatur inter heroas Davidis.

4. מִתְקַדְּשָׁת מִשְׁמֹרֶתָהּ, cfr. legem Lev. 15, 18.

8. מִשְׂאָה, st. constr. מִשְׂאָה (a נָשָׂא, sustulit) 1) elevatio, 2) donum, impr. *portio cibi convivæ oblata*, cfr. Gen. 43, 34.

1) Cfr. ad hanc narrationem notas *Michaelis* in *Deutsche Uebersetz. des A. T.* 5 Th. 2 Hälfte, p. 135 seqq.

13. שָׁכַר, inebriavit se, Piel *inebriavit*, μεθύσκειν.

15. אֶל-מוֹל, coram, e regione (מִמּוֹל, a fronte, 5, 23), אֶל-מוֹל פָּנָי versus, מוֹל פָּנָי *in faciem s. frontem*.

21. יִרְבֵּשֶׁה, cognomen *Gideonis*, significans: *idolum* (pr. pudendus sc. deus) *litigat* (יָרַב בִּשְׂה); Jud. 6, 32 dicitur (יִרְבֵּעַל¹). Ita appellatus est iudex ille Israelitarum, propterea quod cultum Baalis destruxit (Jud. cap. 6). — הַלְלוּ אֱשֶׁה וּג'; historia narratur Jud. 9, 50 seqq. — פָּלֶה, pars resecta, segmentum, fragmen (פָּלֶה fidit). — רָקַב, 1) currus, 2) *lapis molaris superior*.

23. בָּהֲרָה עֲלֵיהֶם, *fuimus adversus eos i. e. repulimus eos*.

25. בְּזוֹה וְכַזוֹה הָאֵל הִחָרַב, *modo hunc modo illum comedit gladius i. e. varius est eventus belli*. — הִתְחַזַּק מִלְחָמָה, *confirma pugnam tuam i. e. constans esto in oppugnatione*.

Cap. XII. 1. רָשׁ pro רָשׁ, pauper.

3. בְּבִשָּׁה v. בְּבִשָּׁה (Lev. 14, 10, Num. 6, 14) et litteris transpositis בְּשִׁבָּה (Lev. 5, 6), *agna*, foem. vocis כָּבֵשׂ v. כָּשַׁב. — פֶּת, frustum, buccella.

4. הָיָה, pr. iter, via, pro אִישׁ הָיָה, *viator*, i. q. sequens אַחֲרָי.

8. וְאִם מֵעַט וְאִסְפָּה לָּהּ כְּחֵזֶה וְכַחֲזֵה, *quæ si parva videntur, plura similia additurus essem*.

11. וְלָקַחְתִּי אֶת-נִשְׂיָהּ וּג'; hoc per Absalomum factum esse narratur 16, 22.

14. אֶפְסָה, adv. 1) non (9, 3), 2) tantum, nonnisi; בִּי אֶפְסָה, conj. *tantum quod, verumtamen*. — נָאֵץ, sprexit, contempsit, Piel id., h. l. causat. *calumniari facere, calumniandi occasionem dare*.

16. בָּא, *ingressus est*, sc. conclave.

17. בָּרָא, cogn. cum בָּרָא, 1) cecidit, secuit, 2) *comedit*.

1) Cfr. nomina אִשְׁבֵּשֵׁת (1 Chr. 8, 33, 9, 39 אִשְׁבֵּעַל) et מְאִיבֵשֵׁת (1 Chr. 8, 34, 9, 40, מְרִיב בעל).

18. וְעַשָּׂה רָעָה, *multo magis se affliget.*
21. בְּעוֹד הַקֶּלֶד חַי, *dum puer vivebat*, i. q. בְּעוֹד הַקֶּלֶד חַי v. 22.
25. בְּעַבְדֵי יְהוָה, *propter Jehovam* i. e. *propterea quod J. eum dilexit* (v. 24), ita Syr. ܩܘܕܫܐܢܐ ܩܘܕܫܐܢܐ et Vulg. *eo quod diligeret eum Dominus*; videntur hi interpretes ante יְהוָה legisse יְרֵדוּ, quod verbum, rationem nominis impositi יְדִידָה explicans, forsitan errore scribarum excidit.
26. וַיָּלֶקֶם יוֹאָב וְגו'; redit autor ad historiam obsidionis Rabbæ.
27. עִיר הַמַּיִם, *urbs aquarum* i. e. ea oppidi pars, in qua aqua est.
30. כֶּסֶף, *talentum*, 3000 siclos continens.
31. מִגֶּרֶת, *serra* (rad. גָּרַר). — הַרְרִיק, 1) segmentum, 2) acutus, impr. de *tribulo acuto*. — מִגֶּזְרָה, *securis* (גָּזַר secuit) — Pro מִלְבָּן legendum est, ut Masorethæ jubent, *fornax lateraria* (לְבֵנָה later), LXX *πλιυθιον*.

FAMILIA SAULI.

Abiel,
Benjaminita (1 Sam. 9, 1. 14, 51).

Kis
(1 S. 9, 1. 14, 51) dicitur filius *Neri* et nepos
Jehoiada (1 Chr. 8, 33, 9, 35, 36, 39).

Ner
(1 S. 14, 50, 51. 2 S. 2, 8).

Saul,
primus rex Israelitarum (1 S. c. 10) c. a. 1055, cecidit in proelio
Philistaeis in montibus Gilboe commisso (1 S. c. 31, 1 C. c. 10)
a. 1055. — I. Uxor *Achinoam*, filia *Achimaez* (1 Sam. 14, 50).
2. Concup. *Rizpa*, fil. *Aijae* (2 S. 3, 7, 21, 8).

Aner,
dux exercitus Sauli (1 S. 14, 50, 2 S. 2, 8) et Ishosethi (2 S.
2, 12), partes hujus reliquit et ad Davidem transiit (2 S. 3, 12),
a Joabo Hebrone interfectus est (2 S. 3, 27).

¹ *Jonathan,*
dux Israelitarum contra Philistaeos (1 S.
13, 2, 3, c. 14), amicus Davidis (1 S. 18, 1,
19, 2, c. 20, 23, 18), una cum patre in proelio
Gilboensi cecidit (1 S. 31, 2, 1 C. 10, 2).

¹ *Abinadab*
s. *Isvi* (1 S. 14, 49) (1 S. 14, 49, 1 C. 8, 33, 9, 39)
una cum patre in proelio Gilboensi ceciderunt
(1 S. 31, 2, 1 C. 10, 2).

¹ *Isboseth*
s. *Esbab* (1 C. 8, 33, 9, 39), rex
undecim tribuum Israelit. (2 S. 2, 8, 9)
a. 1055, a duobus exercitibus ducibus in
regia sua Machanaim interfectus est
(2 S. 4, 5, 6) a. 1053.

¹ *Merab*
(1 S. 14, 49, 18, 17).
Mar. *Adriel Mecholathas*
(1 S. 18, 19, 2 S. 21, 8).

¹ *Michal*
(1 S. 14, 49, 18, 20, 19, 11, 25, 44,
2 S. 3, 13, 6, 16, 23, 1 C. 15, 29).
Mar. 1) *David* (1 S. 18, 27), 2) *Phaltiel*
v. *Phalti* (1 S. 25, 44), qui Davidi ux-
orem reddere coactus est (2 S. 3, 15, 16).

² *Armoni,* ² *Mephiboseth,*
a Davide Gibeonitis traditi, qui eos
occiderunt (2 S. 21, 8, 9).

Mephiboseth
s. *Meribbaal* (1 C. 8, 34, 9, 40), in
aula Davidis versabatur (2 S. 4, 4,
9, 6, 16, 1, 19, 25, 21, 7).

5 filii,
una cum duobus filiis Sauli a Gibeonitis
interfecti (2 S. 21, 8, 9).

Micha
(2 S. 9, 12, 1 C. 8, 34, 9, 40).

FAMILIA DAVIDIS.

Isai
ex tribu Judae, Bethlehemita (1 S. 16, 1, 17, 12,
1 C. 2, 12, Ruth 4, 22).

¹ *Eliab*
(1 S. 16, 6, 17, 13, 1 C.
2, 13, 2 C. 11, 18).

¹ *Nathanael* ¹ *Raddai* ¹ *Ozem*
(1 Chron. 2, 14, 15).

¹ *David,*

a Senucle unotus et rex designatus (1 S. 16, 12, 13), ad aulam Sauli venit (1 S. 16, 20), ob persecu-
tiones ejus ad Philistaeos confugit (1 S. 27, 1), rex tribus Judae (2 S. 2, 4) a. 1055 (sed. reg. Hebron),
rex omnium Israelitarum (2 S. 5, 3, 1 C. 11, 3) a. 1048 (sed. reg. Hierosolyma, 2 S. 5, 5, 9, 1 C. 11, 7),
mortuus (1 Reg. 2, 10, 1 C. 29, 28) a. 1015. — Ux. 1) *Michal*, filia Sauli regis (1 S. 18, 27), 2) *Achi-
nacum Jesreelit* (1 S. 25, 43, 27, 3, 2 S. 2, 2, 3, 2, 1 C. 3, 1), 3) *Abigail*, conj. *Nabal* *Carmelite*
(1 S. 25, 3, 42, 27, 3, 2 S. 2, 2, 3, 3, 1 C. 3, 1), 4) *Maacha*, fil. *Talmai* regis Gesure (2 S. 3, 3,
1 C. 3, 2), 5) *Chaggeith* (2 S. 3, 4, 1 C. 3, 2, 1 Reg. 1, 5), 6) *Abital* (2 S. 3, 4, 1 C. 3, 3), 7) *Egla*
(2 S. 3, 5, 1 C. 3, 3), 8) *Bathsaba*, fil. *Eliami*, uxor *Uriae Chittaei* (1 C. 3, 5 *Bathsua* fil. *Ammicis*.
2 S. 11, 3, 12, 24, 1 Reg. 1, 11, 2, 13), 9) *Alia*.

¹ *Zeruja*
(1 C. 2, 16, 2 S. 2, 13, 18, 17, 25).

¹ *Abigail*
(2 S. 17, 25, ubi
filia *Nachasi*, 1 C.
Mar. *Jeiker v. Jithr*
17, 25, 1 C. 2, 17,
2, 5, 32).

² *Annon* ³ *Daniel*
(2 S. 3, 2, 1 C.
3, 1, 2 S. c. 13),
a fratre *Ab-
salomo* occisus
(2 S. 13, 29).

⁴ *Tamar* ⁵ *Adonia*
(1 C. 3, 9,
2 S. c. 13),
3, 2) regnum af-
fectavit (1 Reg.
c. 1), jussu Sa-
lomonis inter-
fectus est (1 R.
2, 25).

⁶ *Sammua* ⁸ *Sobab*
(2 S. 3, 5,
1 C. 3, 3),
(2 S. 5, 14, 1 C.
3, 5, 14, 4),
3, 5, 14, 4, Luc.
3, 31).

⁸ *Salomo*
(2 S. 5, 14, 1 C. 3, 5, 14, 4,
2 S. 12, 24, 25 *Jedidja*),
rex unotus est (1 Reg. 1, 30,
1 C. 29, 22), patri succes-
sit (1 R. 2, 12, 1 C. 29, 28)
a. 1015, templum Hieroso-
lymitanum exstruxit (1 R.
c. 6, 2 C. c. 3, 4) a. 1011—4
mortuus (1 R. 11, 43, 2 C.
9, 31) a. 975.

⁹ *Jibchar* ⁹ *Elisua* ⁹ *Nepheg* ⁹ *Japhia*
⁹ *Elisama* ⁹ *Eljada* ⁹ *Eliphélet*
(2 S. 5, 15, 16, 1 C. 3, 6—8, 14, 5—7).

¹ *Joab,*
dux exercitus Davidis (1 C.
2, 16, 2 S. 2, 13, 18, 3, 22,
1 C. 11, 6, 2 S. 8, 16, 20,
23, 1 C. 18, 15, 2 S. 10, 7,
1 C. 19, 8, 2 S. 14, 1, 18, 2,
20, 8, 24, 2, 1 C. 21, 2,
1 Reg. 1, 7), jussu Salomo-
nis interfectus est (1 Reg.
2, 34).

¹ *Abisai,*
dux exercitus
Davidis (1 C.
2, 16, 1 S. 26,
6, 2 S. 2, 18,
23, 18, 1 C. 11,
20, 18, 12, 2 S.
10, 10, 1 C. 19,
11, 2 S. 18, 2,
20, 6, 21, 17).

¹ *Asael*
(1 C. 2, 16, 2 S.
2, 18, 23, 24, 1 C.
11, 26, 27, 7), in
proelio ad Gi-
beonem ab Ab-
nero occisus (2
S. 2, 23).

¹ *Sebatja*
(1 C. 27, 7).

¹ *Amasa*
(1 C. 2, 17, 2 S.
17, 25), dux
exercitus Davi-
dis (2 S. 20, 4,
1 Reg. 2, 32)
a Joabo inter-
fectus (2 Sam.
20, 10).